



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

Liber CLXXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)



HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
CONTINUATÆ  
LIBER CLXXI.

PIUS V. PONTIFEX MAXIMUS,  
MAXIMILIANUS II. OCCID. IMP.

§. I.

*Arausionensis Princeps, ac Comes  
Hochstratus ab Albæ Duce in  
jus vocati.*

**H**aud minori ferocia, ac pugnandi aviditate bellum in Flandria fuit continuatum; quippe adulterinum falsæ Religionis studium, quod belli flammæ in Galliis accenderat, pariter in Belgio animorum dissensiones, ac discordiam fovebat. Jam supra meminimus, quod Albani Ducis adventus ingentem omnibus incolis terrorem incusserit, nec illius agendi ratio, cujus jam antea quædam specimina exhibuimus, metum imminuebat: nunc vero die decima nona Januarii hoc anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo

Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

*Thuan. l. 43.  
pag. 505.  
Strada l. 7.  
pag. 429*

*Hist. Eccles. Tom. XLVIII. Q octavo*



Sæcul. XVI. octavo Guilielmum Nassavium Oranii  
A.C. 1568. Principem, necnon Antonium Lallenium  
 Hochstratum Comitem in jus vocabat,  
 eoquod prior in suum Principem eo fine  
 conspirasse accusaretur, ut plures Bel-  
 gii Provincias factis in Brabantiam ex-  
 cursionibus suæ potestati subjugaret: in-  
 super is redarguebatur, quod hunc in fi-  
 nem populos ad rebellionem concitavit,  
 ipsisque studiose metum Hispanicæ In-  
 quisitionis ingerens Bruxellis, & Bre-  
 dæ clandestinos egerit conventus, ac  
 Brederodum, præcipuum rebellium  
 caput, ad Vianam urbem muniendam  
 inducens, Antverpiensem populum in  
 Sectariorum favorem ad seditionem  
 commoverit, quamvis in hanc urbem  
 ad sedandos tumultus a suo Principe  
 decretus fuisset. Porro Hochstrato Co-  
 miti objiciebatur, quod cum perversis  
 Oranii, seu Arausionensis Principis con-  
 filiis conspirans, rebelles ope, ac con-  
 filio juvarit, atque in seditiosorum fa-  
 vorem edictum promulgari jussit: præ-  
 terea Albæ Dux Ludovicum Nas-  
 sovium, Culemburgicum Comitem, Ber-  
 gensem Marchionem, Brederodum, &  
 aliosque comparere jussit.

§. II.

*Horum Procerum apologia.*

Ad



Ad hanc citationem mox Oranius Princeps, ac Hochstratus prolixo scripto Dillemburgi vigesima quinta Aprilis dato responderunt, dilutisque singulis accusationum articulis, & malorum, ac tumultuum caussa in inquisitionem Hispanicam rejecta, id multis rationibus Hispanorum astu, ac tyrannide agi demonstrabant, ut patriæ libertas Religionis prætextu labefactaretur, ac privilegia, immunitates, & jura antiqua harum Regionum abolerentur, & Belgæ in miserabilem servitutem abducerentur: præterea multis verbis in novorum Episcoporum creationem, Concilii Tridentini promulgationem, & Cardinalis Granvellani ambitionem invehebantur, & postremo nihil a se nisi libertatis servandæ, & quietis publicæ constituendæ caussa factum contendebant.

æcul. XVI.  
A.C. 1568.

Thuan. l. 43.

Verum Albæ Dux insuperhabita ejusmodi apologia Antverpiensis arcis fabricam immoto studio prosequabatur: sub idem autem tempus a Proceribus in jus vocatis literas acceperat, quibus ei significatum, quod Curia ab eo stabilita minime auctoritatem illius tribunalis præferret, coram quo ipsi utpote aurei velleris Equites comparere adtringerentur.

Q 2

§. III.



Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.

§. III.

*Perduellionis pœnam incurrisse  
declarati.*

*Strada l. 7.  
Grotius An-  
nal. de reb.  
Belg. l. 2.  
pag. 29.*

Ceterum ambo ab illo temporis articulo longe tutius fore ducebant, si causam suam absentes, non vero præsentes tuerentur: prius tamen Oranium Princeps datis ad Maximilianum Cæsarem literis ejus, necnon Germanicæ Principum præsidium implorabat, eo fine, ut hi sua auctoritate Albæ Ducem ad componendam hanc litem inducere vellent: enimvero Cæsar, ac Principes suum Belgis præsidium minime denegabant, respondit tamen Albæ Dux, quod nihil ex propria sua voluntate, sed cuncta ex Regis jussu egisset, ac proin, quamprimum tempus, intra quod comparere jussi essent, exspirasset, mox juxta potestatem sibi a Rege concessam declaraturus esset, quod Oranium Princeps, Ludovicus Nassovius ejus Frater, Culeburgicus Comes, omnesque alii antea citati læsæ Majestatis crimen incurrerint, eorumque bona proscripta censeantur. Eodem etiam tempore Dux Bredam urbem Oranii Principis imperio obnoxiam Hispano præsidio muniebat, Guilielmum vero natu majorem ejus Filium nonnisi tredecim annos natum a Lovaniensi Uni-



versitate, ubi studiis vacabat, evocavit, eumque primo Antverpnam, & postea in Hispaniam misit, ubi diu, nullatenus tamen tanquam captivus, morabatur, cum, prout obtendebatur, illum Religionis Catholicæ præceptis imbui necessarium esset.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

§. IV.

*Culeburgici Comitis ædes Albani Ducis jussu solo æquatæ.*

Culeburgici Comitis poena usque ad ipsius Palatium extendebatur: illud enim, cum in eo Albæ Dux Bruxellas veniens diversaretur, die vigesima octava Maji funditus excindi jussit, eoquod istud quondam Geuisii nominis natalis domus fuisset: porro illius excidium erat decretum a duodecim-virali Concilio. Postmodum in loco, in quo antea hoc palatium exstructum erat, lapidibus sternebatur excitata ibidem marmorea columna, cui in basi hæc quatuor linguarum inscriptio insculpta legebatur: „*Ea in area ædes Florentii Pallantii solo æquatæ sunt, ob execrandam memoriam repetitæ in illis conjurationis adversus Religionem, Ecclesiam Catholicam Romanam, Regiam Majestatem, ac patrias Regiones.*” Verum majorem adhuc populis terrorem incussit fama, qua nuntiatum, quod Montinii Baro ab

Strada l. 7.  
Thuan. l. c.



Sæcul XVI.  
A. C. 1568.

Archiducissa Margarita Parmensi ad Philippum II. in Hispaniam ablegatus in Segovianum carcerem jussu Regis fuisset abductus, eoquod huic eadem, quæ Hornio Comiti ejus Fratri, objecta fuissent, studioque immoderato Belgis suum patrociniū impendisset.

Attamen magis adhuc Belgæ terrebantur, cum nuntiatum esset, Carolū Hispaniæ Regis Filium a Philippo Patre suo custodiri jussum: juvenis enim hic Princeps tum nonnisi viginti tres annos natus tam ingentem ambitionem, tamque violentum regnandi desiderium prodebat, ut ejus hostes Regi Patri suo suspicionem ingererent, perinde ac si clam ex Hispania secedere, ac Belgii rebellibus, a quibus in præfenti rerum vicissitudine abs dubio tanquam eorum Rex fuisset proclamatus, se adungere meditaretur; hujus autem perversi consilii luculenta prorsus argumenta haud deesse existimabat Philippus: præterea idem Rex sibi persuasum habebat, quod Carolus ejus vitæ infidiaretur, ac nimia cum Regina familiaritate uteretur, atque ab eadem mutui amoris signa recepisset; insuper ex ejusdem Principis ore incautius ejusmodi verba excidebant, quibus sacrae Inquisitioni timendi ansam præbebat, ne Regni administrationem adeptus,  
hoc



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

hoc tribunal supprimeret: porro id ei potissimum crimini dabatur; leviora enim adhuc scelera quempiam hujus Curia oculis suspectum reddere possunt: equidem haud diffitemur, quod Carolus Reginae venustate excæcatus, dissimulare non potuerit indignationem in Patrem suum conceptam, eo quod eam illam eripuisset, etsi ipsemet antea eandem filio suo destinasset, istaque pro eodem in conjugem fuisset expetita: unde Zelotypiæ stimuli, necnon Inquisitorum sollicitationes tantopere Philippi animum turbabant, ut in Filium suum extrema severitate ageret, suumque propositum cum hæreticæ pravitatis Inquisitoribus conferret, qui eadem etiam demonstrabant, quod Religionis bono Filii sui amorem postponeret: præterea iidem etiam Philippo exponebant, quod abs dubio vera fides in Belgio penitus sit exterminanda, si Carolus ibidem Protestantium agmina ducturus esset: itaque Philippus nimis credulus, atque animi sui vehementia abreptus Principem Filium suum capi, eique venenum propinari præcepit, quo etiam paucis post mensibus extinctus est: eodem quoque fato Regina tum gravida nonnisi viginti annos nata decessit, sparso rumore, quod

Q 4 malo



Sæcul. XVI. malo ex graviditate suborto repentina  
 A.C. 1568. morte fuisset sublata (\*).

S. V.

(\*) Quam nequiter Continuator Scrip-  
 tores, quos allegat, depravare solet, hic  
 paragrahus luculenter testatum reddit: scri-  
 bit I. tanquam rem certam, quod Regina il-  
 licita familiaritate cum Carolo usa fuerit, et  
 que exinde Philippus ob Zelotypiam Filio, et  
 uxori venenum propinari iusserit, cum ta-  
 men Thuanus auctor coævus id asserere ab-  
 horrens subjungat: *dein Elisabetha privignam  
 secuta est non sine suspitione veneni, rumore  
 vulgato, virum familiarem nimium ipsius cum  
 filio consuetudinem secus, quam oportuit, inter-  
 pretatum esse: ingens tamen in aula, totaque  
 adeo Hispania nec simulatus luctus facile con-  
 trarium evicit; cum & Rex dilectissimam con-  
 jugem ereptam, & populi firmissimum pacis  
 vinculum morte Reginae, quam propterea In-  
 nam vocabant, solutum dolerent.*

Insuper Strada, quem itidem Continuator  
 allegat, hæc Filii, & uxoris crimina, nec  
 non & cetera, quæ ipse tanquam minime du-  
 bia profert, inter falsa, mereque convicta re-  
 censet, dicens: *scio hæc, uti enarrata sunt  
 a me, non placitura iis, qui atrociora quæque  
 avide arripiunt, sine ullo veri, falsive respectu  
 quorum si palato servire curæ mihi foret: in  
 promptu erat Maurorum tumultus, tanquam*  
 exci-



§. V.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.

*Inquisitorum consilium circa Belgii rebelles.*

Hæc Hispaniæ Regis severitas in Filium suum, necnon illius reverentia erga Inquisitorum Tribunal tam vehementem

Q 5

excitatus hoc ipso tempore fuisset a Carolo, sollicitato ob eam causam Selimo turcarum Imperatore per Michesum Judæum ex Hispania profugum, ut olim narrare me memini: moverem adhuc suspicionem adjunctæ a Carolo conjuratorum factionis in Belgio, eamque occasionem interpretarer fuisse arreptam ab hæreticis, in Hispaniam destinandi multa libellorum millia ex Calvinianis Catechismis Hispanice conscriptis: de quibus admonitum a Gubernatrice Margarita Philippum Regem supra memoravi, & Lugduni, Tolosæque repertas esse aliquot illorum arcas, scripsit ad eundem Regem Pius quintus. Nec omitterem Isabellæ Philippi Conjugis mortem, præcis inde mensibus post Caroli obitum secutam: quasi nimia familiaritas inter eos (nam Carolo designata uxor antea fuerat Isabella) utrique fatum accersierit.

Postea idem Strada hæc falsitates his verbis diluit: sed hæc uti arcana, atque inaccessibleia facile iis ego scriptoribus reliquerim, qui



**Sæcul. XVI.** hementer seditiosos Belgas concitabat, ut plures rebellionem conflarent, nec non Margarita Parmensis, pluresque alii Nobiles ex Belgio secederent, perurumque abesset, ut non Albæ Ducis trucidaretur.

**A. C. 1568**

qui per ejusmodi oraculorum interpretationes acuti, divinique famam aucupantur: mihi sepe per id, quod incomperta sunt, etiam veris dissimilia videntur, namque, ut omittam illud de Caroli amoribus, ad quos distrahendos, si qui fuissent, non utique distulisset Rex filii nuptias cum Germana; si moliri aliquid adversus Patrem Carolo insedisset in mente, profecto aut ipse quotidie per se, suaque manu conficere potuisset, juvenis videlicet, firmatusque animo contra imparatum, ac senem: aut si tumultu excitato, adscitataque aliorum opera decrevisset uti, multorum haud dubie manibus eguisset: cadente igitur Carolo, non stetissent opinor reliqui: cum tamen Principis mortem nullius exitium consecutum sit, quin Rex ipse ad minuendam ex filii tum custodia, tum morte invidiam, qua tunc laboravit apud multos, præsertim apud Mariam Augustam Caroli Amitam, quæ filiam libentissime desponderat tot Regnorum hæredi, nonne tam severe animadversionis causam in scelerata filii consilia retulisset? Et tamen ad eandem Imperatricem scribens, negat filium



Sæcul XVI.  
A C. 1568.

Insuper ob aliam Inquisitorum sententiam hi populi insanis furiis tumultuabantur: quippe Inquisitores a Philippo Hispaniæ Rege, qua ratione Belgas coer-

*filium ullius sceleris compertem, sed ob ipsius, certe ob Regni bonum custodiri debuisset. Et paucis post filii custodiam diebus misso ad Archiepiscopum Rossanum Pontificis Nuntium Concilii Castellani Præsidente, suo Rex nomine illum edocuit, novitatis ejus causam non esse aliam (ut Nuntius ipse ad Cardinalem Alexandrinum scribit Præsidis verba referens) quam quod Religionis, populorumque conservationem sanguini suo præhabere voluerit: coactumque propterea se, filium sibi unicum ea ratione prope modum sacrificare, ne, quibus affluebat a Deo, beneficiis nimis quam ingrate responderet: immo addi Rex postea jussit in literis ad Principes, ac Regna, rumorem aliunde incrementem, Carolum filium agitare aliquid in Regis caput, ex vano, ac falso esse.*

Minus toleranda est Continuatoris impudentia, qua totam hujus necis causam in Inquisitores rejicit, cum tamen ambo Scriptores Thuanus, & Strada causam in Filii ferociam, & infidias Patri structas rejiciant, de Inquisitoribus autem Strada omnino nihil referat, Thuanus vero unice hæc habeat: *Pater re prius cum sanctæ Inquisitionis officio communi-*



Sæcul. XVI. coerceret, rogati hunc in modum re  
 A C 1568 spondebant: *omnes, & singuli Belgii*  
 populi

*municata* &c. Quiscunque ergo Lector dum hanc  
 historiam ex utroque hoc Scriptore per Con-  
 tinuatorem unice citato pervolvere non gra-  
 vabitur, deprehendet, I. quod longe alia  
 subfuerint rationes, ob quas Pater Filium suum  
 extremo supplicio castigare compulsus fuerit.  
 II. quod Continuator sua narratione nequitæ  
 sacræ Inquisitionis tribunal lectori suo exo-  
 sum reddere studuerit, quamvis istud in hoc  
 Viro eo magis mirum videatur, cum semper  
 mala a Calvinistis in Galliis perpetrata, vili-  
 pensam, ac ferme per eos abolitam Regis sui  
 auctoritatem, totumque regnum misere de-  
 vastatum deploret, quæ omnia mala non eve-  
 nissent, si in primis hæresis hujus exordiis  
 pauci illi seditiosi Calvinistæ per necessariam  
 Inquisitionis severitatem e medio fuissent sub-  
 lati, cum econtra inutilium colloquiorum, &  
 disputationum beneficio, necnon intempesti-  
 va indulgentia, ac lenitate, quam hæretici  
 ac hæreticorum fautores unice ad liberius,  
 magisque impune propagandam sectam suam  
 veluti medium a Christo, & Apostolis usur-  
 patum falso deprædicant, hæreses universam  
 Franciæ Regnum inundarint cum ingenti Re-  
 ligionis, statusque damno nequidem ad ho-  
 diernum usque diem reparato, & forte nun-  
 quam reparando.



populi, & omnes harum Regionum Ordines, exceptis tantum iis, qui in probationibus distincte notantur, Apostatae, Sectarii, ac perduelles sunt: nec ii solum, qui aperte a Deo, & S. Ecclesia, & Regis obedientia defecerunt, sed etiam ii, qui se Catholicos simulantes officio suo in reprimendis sectariorum, ac seditiosorum conatibus, quod initio facillimum fuisset, praepostera prudentia defuerunt: praeterea nobiles etiam illi, qui subditorum nomine libellos supplices, & exposultationes adversus S. Inquisitionem porrexerunt, & publicarunt, eaque re subdole Apostatas, Sectarios, ac perduelles ad seditionem instigarunt, cuncti divinae, & humanae Majestatis laesae crimen incurrerunt.

Saecul. XVI.  
A. C. 1568.

§. VI.

*Mandata juxta hoc consilium Albano Duci data.*

Juxta horum sententiam Philippus die vigesima septima Februarii mandata ad Albanum mittit, quibus injungebatur juxta Inquisitorum decretum, ut quaestiones de Religionis desertoribus, Sectariis, ac perduellibus rigore, & ordine praescripto haberentur. Itaque Sanguinario illo, sicuti vulgo vocabatur, consilio propositi sunt articuli, juxta quos delegati judices, ne in posterum in sententiis dicendis fluctuarent,  
aut

Thuan. l. c.



Sæcul. XVI. aut variarent, de pœnis statuere jubebantur. A.C. 1568. Ast cum hi articuli omnes etiam innocentes tangerent, nec esset qui a tam generalis Decreti sanctione se eximere posset, vix exprimi valebat quam acriter Proceres, & ditissimi quique, qui se peti arbitrabantur, animo commoti sint. Postea juxta hoc edictum, uti appellabant, sanguinarium etiam in rusticos, & agrestes eadem se veritate defœvitum, nec non per urbes multas, exiliis, ac suppliciis agebatur contra præsentes, absentium vero bona fuere proscripita: ea autem re irritati plures turmatim confluentes per Flandriam occidentalem sæviebant, & ubicunque Sacerdotes, & Religiosos repererant, quosvis obvios invadebant, eosque bonis spoliatos naribus etiam, auribusque ad ludibrium truncabant. Hic demum fuit fructus imprudentis consilii ab Inquisitoribus suggesti. (\*) Postea Arausionensis Princeps tria contraxit agmina Albæ Ducem aggressurus;

(\*) Melius dixisset Continuator, quod hic fuerit fructus pervicaciæ, ac petulantia illorum, qui ad tuendos suos errores Regum, ac Principum auctoritatem, eorumque edicta conculcare, publicamque tranquillitatem sub obtentu libertatis conscientia ubique perturbare



rus: verum ejus machinationibus fini-  
 ster aderat successus; quippe duo illius  
 exercitus fuere profligati, atque ex Bel-  
 liducibus plures capti, reliqui vero  
 dissipati, atque in fugam acti: magis  
 tamen prospera fors adspirabat in Fri-  
 sia Ludovico Nassovio, qui ibidem sæ-  
 pius victor, & raro devictus evasit, qui-  
 nimo Arembergius Comes, qui ab Al-  
 bæ Duce contra Ludovicum emitteba-  
 tur, inito certamine prope Heiligerfæum  
 Cænobium occubuit, eademque occa-  
 sione Ludovicus Nassovius ex Hispanis  
 quamplurimos suspendio necari jussit,  
 qua crudelitate Albæ Dux tantopere  
 exarsit, ut ipse in victorem movere  
 decerneret.

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1568.

§. VII.

*Fugitivi edicto revocati.*

Cum Albæ Dux se absente in Nobi-  
 lium, quos captivos tenebat, fa-  
 vorem seditionem concitari vereretur,  
 mox edictum promulgari jussit, quo om-  
 nes, quicumque Religionis causa de Pa-  
 tria exiissent, in Belgium redire jube-  
 bantur,

Thuan. l. 43.

bare non erubescunt: ubinam autem in In-  
 quisitorum consilio decretum legitur, quod  
 in innocentes eadem severitate agatur. En!  
 qualiter hæretici mendaciis, ac cavillationi-  
 bus suam rebellionem tueri satagant.



Sæcul. XVI  
A. C. 1568.

bantur, alias, ni parerent, bonorum publicatione, & perpetuo exilio multandi. Verum hoc edicto tumultus nonnisi augebantur, quippe contra Gubernatricem passim libelli famosi spargebantur, imo etiam pecuniaplerisque in locis ad popularium animos in seditionem concitandos, sollicitandosque ab hæreticis distribuebatur.

§. VIII.

*Quidam Fœderati Bruxellis extremo supplicio sublati.*

*Strada de Bello Belgico l. 7. Thu. l. 44.*

Albæ Dux hac hæreticorum petulantia exacerbatus suæ iracundiæ haud amplius temperare poterat, quapropter undeviginti ex Nobilibus conjuratis, duodecim-virili judicio perduellionis damnatos, Bruxellis in foro Arenario, capite plecti jubet: porro octo ex his Catholice, religioseque, reliqui autem undecim, ut erant hæresim complexi eidem pertinaciter immortui perierunt, ubi illorum cadavera humo contegebantur, horum vero corpora præter quatuor primariæ Nobilitatis viros stipitibus alligabantur superaffixis capitibus, ac sic per agros relinquebantur, idque sequentibus quoque diebus servatum est, nam postridie eodem in loco, eodemque supplicio Nobiles quatuor damnati, ex quibus Vilersius, ac Durius, qui nuper in



in Juliacensi prælio Duces capti fuerant, et si pari uterque, seu integra Religione, non pari tamen circa mortis suæ rationem sensu decessere: Vilersius enim palam testatus est, se quidem ob benefacta ab Albano Duce damnatum, sed illum non diu vindicta cariturum: contra vero Dujus, actis Regi, Albanoque pro eo sine gratiis, populum orabat, sibi ut ignoscerent, ac divinam tunc maxime clementiam precibus conciliarent. Ad hæc Villuordiæ, ubi Antonius Stralius Antverpiæ nuper Consul, & Casembrolus Egmontio quondam a Secretis, aliique eandem ob causam detinebantur, vitam consimili per eos dies pœna finire, præfuitque horum suppliciis pro Albano Duce Joannes Spellius celebris ea tempestate per Belgium capitalium causarum Judex, quem paulopost multorum criminum reum, Albani jussu in furcas actum, magna Belgium gratulatione spectabat.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

§. IX,

*Judicii acta in Egmontium, & Hornium Comites instructa*

Hiscæ suppliciis ita peractis Albæ Dux *Strada & Thuan. l. c.* fundendi cruoris avidus, nondum immoderata ultione satiatus fuit, sed in Egmontium, & Hornium, qui *Hist. Eccles. Tom. XLVIII.* R novem



Sæcul. XVI. novem jam menses in carcere detine-  
A.C. 1568. bantur, iudicii acta instrui præcepit.

Re vix comperta unaomnes, qui ubi-  
 riusque hujus captivi causam cordi ha-  
 bebant, nullum pro reis officiorum ge-  
 nus prætermittunt, ac repetitis precibus  
 pro eorum liberatione deprecantur. præcipue  
 vero Maria Montmorantia Hornii Comitis  
 Soror, necnon Sabina Palatina Bavarica  
 Egmontii Comitis conjux nullum non movebant  
 lapidem, ut reis vitæ veniam impetrarent,  
 & quidem Egmontiæ Comitissæ supplicis  
 libellus in Hispaniam transmissus, haud  
 facile sine commiseratione legi a quo-  
 quam potest, dum aut Regi commemorat  
 jura in causis Equitum aurei velleris  
 religiose servari solita, ubi adnotabat  
 Legum capita, promptaque exempla: aut  
 dum Regi revocat in memoriam labores  
 singulos, quos vir ejus annos nondum  
 octodecim natus pro Carolo V. Imperatore,  
 ipsoque Philippo Rege, in Algerianis,  
 Geldricis, Gallicisque expeditionibus,  
 ac bellis, contempta toties morte pertulisset,  
 aut dum postremo Comitissa clementiam  
 Principis obtestatur, ne infelicem Matrem  
 cum undecim innocentibus liberis, tanta  
 cum jactura, atque dedecore, miserum,  
 diuturnumque per omnes



nes gentes exemplum circumferri hu- Sæcul. XVI.  
 manæ calamitatis pateretur. A.C. 1568.

§. X.

*Capti Comites Gandavo Bruxellas  
 delati.*

Attamen hæ preces surdis excipie- Thuan. &  
 bantur auribus, moxque ambo ca- Strada l. c.  
 ptivi Gandavo Bruxellas transfereban-  
 tur: porro objectum est Comitibus Eg-  
 montio, atque Hornano, voluisse illos  
 cum Orangio, aliisque Nobilibus, Rege  
 a Belgii dominata exuto provincias in-  
 ter se partiri: speciatim vero Egmon-  
 tio Comiti fuit exprobratum, quod  
 omnem adhibuisset conatum, ut e Bel-  
 gio ejiceret Granvellanum Cardinalem,  
 eoquod hic rebellium consilia sibi sat  
 perspecta habuisset. Pariter eidem Co-  
 miti fuit crimini datum, quod contra  
 obsequii fidem perjurose, ac seditiose  
 se turbis immiscuisset, & detestando  
 foederi Arausiensis Principis, & Socio-  
 rum pro libertate Belgii contra Inqui-  
 sitionem Hispanicam, hoc est, contra  
 Regiam Majestatem ab initio subscri-  
 plisset, ac insuper nobilitatis patrocini-  
 um suscepisset, & ad seditiones, ac  
 Protestantium effrenatam rabiem in  
 Flandriæ sibi commissæ administratio-  
 ne in Religionis Catholicæ perniciem  
 præpostera dissimulatione usus esset,

R 2 dum



Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.

dum tamen potius omnes vires, ut Protestantium ad seditionem tantopere precivium rabiem, & furorem reprimeret, adhibere debuisset. Denique utriusque improprium, quod Fœderatis, Consistorialibus, mercatoribusque patronos sese præstitissent, polliciti iis operam, vitamque suam, necnon Tenebramundæ consilia: de intercludendo Regi aditu in Belgium agitantibus, ac sæpe hujusmodi Conventibus interfuerunt, insuper redarguebantur, quod Geusiis templorum populatoribus, a Flandria Egmontii provincia conomarchiam exoritis, non obstiterunt, etiam innumera perpetrassent sacrilegia. Cetera accusationum capita silentio involvam, cum omnia in mox relata reincidente videantur.

§. XI.

*Comitum responsa ad hæc crimina  
ipsis objecta.*

*Strada l. 7.* Ex his Procurator concludebat, ob hæc legitime objecta, probataque crimina, jure in Egmontium, Hornanumque, ut in Majestatis reos, pronuntiandam esse sententiam, eosque fortunis, & capite plectendos. Ad hæc autem Egmontius, atque Hornanus siquidem par erat ferre amborum causa, hunc in modum perorabant: præ-

primis



primis declaramus, quod nostræ nobilitati nullum exinde præjudicium enascatur, et si nos, qui legitimum Ordinis aurei Velleris Judicem tantummodo Regem haberemus cum ceteris ejusdem Collegii Equitibus, nunc aliis de nostra agendi ratione respondere cogamur. Postea plura a se facta pernegabant, multaque interpretabantur: aliqua tamen non abnucebant, sed jure patrata confirmabant: præcipue vero agitatum a se fuisse consilium de mutando Belgii Principe, constanter inficiati sunt: insuper Hornanus Comes etiam querimonias desuper addidit, veluti hac accusatione graviter offensus: de intercludendo autem Hispanis aditu in Belgium non negabat Egmontius in Tenebramundano congressu dictum aliquid fuisse a Ludovico Nassovio, dissentientibus tamen ceteris id factum aiebat: porro quatenus, & sub quibus conditionibus cum fœderatis nobilibus egerint, ambo explicabant, conjuratis, iconomachis, atque hæreticis a se aliqua permessa, sed necessitate, ac bono Religionis, quam in Flandria, cum ibi ultra sexaginta hominum millia conciones armati adirent, iidem absque dubio extinxissent, nisi eis aliquid indultum esset, ut templis Catholicis erepta restituerent. Denique ad singula

R 3

ordine

Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.



Sæcul. XVI. ordine suo accusationum capita respon-  
A. C. 1568 debant, id tamen sigillatim recensere  
 nimis prolixum foret, cum sola Comi-  
 tis Hornii responsio sexaginta articulos  
 contineat.

## §. XII.

*Sententia capitis in utrumque pronun-  
tiata.*

*Strada l. 7.* **R**efertur nonnulli, quod Albæ Dux  
*Grotius de* præter odium, quo in Belgas fla-  
*rebus Belg.* grabat, privatam quoque invidiam fo-  
*l. 2.* verit contra Egmontium Comitem, eo-  
*Thuan l. 43.* quod is illum meritorum præstantia su-  
*Spond hoc* peraret, ac Dux offensus esset applau-  
*anno n. 9.* su, quo ubique populus Comitis inno-  
 centiam jactitabat, omneque malum  
 in Hispanos rejiciebat. Verum utut  
 res se habuerit, id sat compertum ha-  
 betur, quod in Egmontium, atque Hor-  
 nanum, Gandavo Bruxellas tertio No-  
 nas Junii advectos, ab Albano Duce  
 duodecim-viralis Concilii supremo, de-  
 legata ipsi peculiari, atque iterato a Rege  
 concessa facultate, quam in torquatos  
 equites exerceret, capitis sententia Re-  
 gis nomine pronuntiata, atque uter-  
 que capite plecti jussus sit: lata au-  
 tem hac sententia Egmontius Comes  
 ita perorabat: „non putabam quidem,  
 „me anteaçta vita de regia Majestate  
 „tam male meritum esse, ut tam se-  
 „vera



„vera castigatione plecterer, oro nihilo-  
 „minus, ut, si quid deliquerim, quid-  
 „quid id est, mea morte, ac bonorum  
 „amissione eluatur, nec ulterius ad fa-  
 „miliæ illustrissimæ meæ decus deho-  
 „nestandum in uxoris, ac filiorum per-  
 „niciem poena porrigatur: ceterum pa-  
 „ratus sum, quando ita Deo, ac Regi  
 „videtur, mortem patienter ferre. „  
 Tum calamum, chartamque deposcens  
 ad Philippum Regem Gallico idio-  
 mate sequentem pericripit epistolam.

Sæcul. XVI,  
 A.C. 1568.

§. XIII.

*Egmontii Comitis epistola ad Hispaniæ Regem post pronuntiatam mortis sententiam scripta.*

„Rex potentissime, quando visum est  
 „tibi, addicendum esse morti hu-  
 „mitem, fidumque tibi subditum, ac  
 „famulum, qui non alio unquam in-  
 „tendit animum, ac vires, quam in  
 „obsequium tuum: pro quo, uti superio-  
 „ra testantur, nec labori aliquando,  
 „nec fortunis peperci meis, imo mille  
 „periculis objeci vitam ipsam: quam  
 „ego vitam nunquam profecto tanti  
 „feci, ut si qua forte in re officere Am-  
 „plitudini tuæ, vel minimum possset,  
 „non eam libentissime cum morte cen-  
 „ties commutasssem: propterea non du-  
 „bito, quin, tunc ubi explorete co-

R 4

„gnove-



Sæcul. XVI  
A.C. 1568.

„gnoveris ea, quæ hic sunt gesta, pla-  
 „ne intellecturus sis, quanta mecum  
 „injuria sit actum, dum tibi de me per-  
 „suaserunt id, quod ne cogitaverim qui-  
 „dem, cujus rei testem appello Deum,  
 „precorque, ut huic animæ ante faciem  
 „ejus hodie sistendæ reddat, si quid e-  
 „misi ex iis, quæ Regi, provinciisque  
 „debere me credidi: oro itaque te, Do-  
 „mine, nihil ultra oraturus, ut pro  
 „mercede laborum, officiorumque meo-  
 „rum, commiseratio te capiat aliqua  
 „conjugis meæ, atque undecim libero-  
 „rum, famulorumque, quos paucis ali-  
 „quot amicis commendatos relinquo:  
 „id vero facturum te pro tua innata  
 „clementia, mihi certo persuadens,  
 „vado mortem subiturus, quam exci-  
 „pio libentissime, certus hoc meo sine  
 „multis satisfactum iri. Bruxellis quin-  
 „ta Junii duabus a media nocte horis,  
 „anno millesimo quingentesimo sexage-  
 „simo octavo. Majestatis tuæ humil-  
 „limus, fidelissimus, atque obsequen-  
 „tissimus subditus, ac famulus mori  
 „paratus, Lamoralis Egmontius.

## §. XIV.

*Utriusque Comitis supplicium, atque  
 obitus.*

*Thu. Strad.  
 i. c. Grotius  
 pag. 29.*

Hanc epistolam Regi transmittendam  
 Egmontius tradebat Martino Ri-  
 thovio



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

thovio Iprensi Episcopo, qui Comiti, ut  
 eum in mortis lucta juvaret, assigna-  
 batur: igitur Egmontius vitæ noxis  
 apud eundem Præsulem confessione  
 expiatis reliquum noctis tempus inter  
 orationes transigebat, sese ad mortem  
 subeundam parans. Hornius quidem  
 Comes ab initio, cum se jamjam sua  
 peccata confessum diceret, conscientiæ  
 suæ maculas huic Prælato aperire re-  
 nuebat, tandem vero ad Egmontii Co-  
 mitis exemplum ipse quoque a crimi-  
 num vinculis exsolvi petiit, unde etiam  
 ab eodem Episcopo expiationem rece-  
 pit. Denique altera die ipso pervigi-  
 lio Pentecostes conspectum est in pub-  
 lico foro Juliani Romeri Legionis ob-  
 fesso, ferale pegma, pullo instratum pan-  
 no, ac duobus pulvinis ante argenteam  
 Christi patientis effigiem: porro eo per-  
 ductus sub meridiem Egmontius Co-  
 mes, comitantibus Iprensi Episcopo, ac  
 Romero post aliquot pias preces, da-  
 mascena toga sese exiit, abjectoque pi-  
 leo, ac paulum cum Iprensi Antistite  
 collocutus, in genua procidit venera-  
 bundus ante crucem, nocturnoque ca-  
 pitis tegumento ad oculos producto, a  
 carnifice, qui sub pegmate latuerat,  
 obtruncatus est: tum Comes nonnisi  
 quadragesimum sextum ætatis suæ an-  
 num agebat.

R 5

Post-



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

Postquam igitur is vita excefferat, corpus ejus nigro velo obtegebatur, mox vero Hornius Comes quinguagenarius ad supplicii locum adductus est, qui delicta sua multiplicia coram Deo confessus, fausta omnia adstantibus precabatur, eosque, ut secum pro ipso ad Deum preces fundere velint, rogabat: principem vero se offendisse eo, quo inquirebatur, modo sæpius postulatus, fateri recusabat, tandem exuto pallio supra pulvillum procubuit, & commendata in Dei manus anima a carnifice capite plexus est.

His peractis utriusque capita ad spectaculum pilis ferreis suffixa duabus ferme horis prostituerunt, corpora vero a ministris loculo plumbeo condita, in proximo Sanctæ Claræ fano deposita primum, & postea Egmontii Comitis Cadaver Sottegemi oppido suo in Flandria, Hornani autem Comitis corpus Campiniæ in Brabantia sepultum est.

§. XV.

*Expeditio Albæ Ducis in Frisiam.*

Strad. l. c.  
Tev. l. 43.

Peracto utriusque Comitis supplicio Albæ Dux toto impetu in Frisiam movere statuit, ubi initis pluribus præliis levioribus tandem ad Gemingam urbem plenam de Ludovico Nassovio victoriam die vigesima prima Julii reportabat.

§. XVI.



§. XVI.

Sæcul. XVI,  
A.C. 1568.

*Plena Albæ Ducis victoria prope  
Gemingam.*

Hujus victoriæ nuntium quantocius *Grotius de*  
Dux ad Philippum II, & Pium V. *reb. Belg. l.*  
Papam, necnon ad Monasteriensem Epi- *2. p. 30.*  
scopum transmiserat, ipse vero biduo  
Groningæ moratus Damum processit,  
cum autem in itinere lixæ, & calones  
Herorum suorum mortem in Arember-  
genfi clade interfectorum ulciscerentur,  
ac omnes pagos incenderent, ideo hac re  
irritati rustici quosdam ex iis compre-  
hensos ad Ludovicum Nassovium addu-  
xerunt, qui Italis, ac Belgis vitæ gra-  
tiam fecit: Hispanos autem pœnæ mi-  
litari subjecit: quod rursus tam gravi-  
ter tulere Hispani Legionis Sardicæ, ut  
spretis Ducum imperiis in domos ob-  
vias incendio tota regione sparso, nulli  
parcentes crudeliter defævierint, hujus  
tamen facinoris infamiam, ut Albanus  
Dux elueret, postea legionem exaucto-  
rabat, atque de incendiariis debitas  
pœnas poposcebat.

§. XVII.

*Copiæ a Friderico ad Albæ Ducem  
Patrem suum adductæ.*

Postquam Albæ Dux Groningam re- *Thuan. 8*  
vertebatur, ibidem arcem Antver- *Strad. l. 6,*  
pianæ



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

pianæ haud abfimilem construi curabat, jussis etiam Groningensibus, ut Grifium designatum jam pridem loci Episcopum, necnon pro Arembergio Meganum Comitem in hujus Provinciae Præfectum reciperent. His ita dispositis per Amstellodamum Trajectum ad Mosam venit, ubi obviam habuit Fridericum filium suum natu maximum, Oschæ Ducem, magnumque Calatrauzæ Ordinis Commendatorem, cum duobus millibus, & quingentis peditibus ab Hispania deportatis, regiaque pecunia, qua per plures menses militibus stipendia solverentur. Sub idem tempus Pater Friderico Filio suo pedestris agminis imperium committebat, ipse vero delectu habito in exercitu suo sex equitum, ac triginta peditum millia recensentibus, quibus peractis, ut populis terrorem incuteret, inconsiderati ardoris sui impetu abreptus, aut forte fundendi sanguinis aviditate incitatus Amstellodami nobilem foeminam octogennariam valde locupletem securi percussit, eoquod Præconem hæreticum domo recepisset. Eodem tempore in agro Juliacensi circa Dalemum oppidum, cum ibi magna hominum nondum armis instructorum multitudo, quasi sub Justo Soltio Villersio Belliduce ad nomen militiæ dandum confluxisset, ab



Hispanis copiis oppressa fuit, & eorum Sæcul. XVI.  
 plures partim cæsi, partim dissipati mise- A.C. 1568.  
 re perierunt.

§. XVIII.

*Oranii Principis excusatio apud Cæsarem ob delectum in Germania habitum.*

Interea Oranius, seu Arausionensis Thuan. l. c.  
 Princeps in Germania morabatur, ubi ad opem ferendam Protestantibus Principes vehementer sollicitabat, quos etiam ad eiusmodi auxilia potenter incitabat nuntius de Egmontii, & Hornii Comitum supplicio, nam id hæretici ubique non sine execratione perceperunt: insuper eosdem ad opem ferendam induxit conceptum in Albæ Ducem odium, atque hoc Oranius Princeps dextre augere curabat edito libello, cui titulus: *Adversus Albæ Ducis tyrannidem liber*, quem etiam Princeps studiose per universam Germaniam, & Belgium disseminari iussit: quapropter Protestantibus Principes validas ubique conscribebant copias, cum autem id a Cæsare nonnisi ægerrime ferri præsentiret Oranius Princeps, hinc ad eundem Oratores ablegabat, qui delectus per imperium habitos necessitate excusarent, eumque tanquam supremum Austriacæ familiæ in Germania Caput orarent, quatenus Belgii, a quo Ma-  
 jores



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

jores ejus origenem repetebant, comiseratione tangeretur: ut vero Legati Imperatorem ad clementiam permoverent, hæc exponere jubebantur: „ florentissimæ olim Provinciæ, Procerum, & ordinum prudentia pacatæ adventu Hispanorum miserabiliter divexantur, „ atque isti telo Inquisitionis, quod potius in Mauros exeri oportuisset, in „ Proceres, ac locupletes districto, nihil ad avaritiam, & crudelitatem reliquum fecerunt: ecquidem ea de re conquesti sunt sæpius apud Principem Belgæ, missis etiam e numero Procerum „ primariis viris, qui indignam tamen „ meritis suis gratiam retulerunt: quapropter miseri homines, cum viderent Hispanorum Regis aures calumniis „ præoccupatas, ac precibus suis occlusas esse, desperatione adacti, quod „ unum supererat, ad arma confugerunt, „ ea mox deposituri, dum cessante haud tolerandæ servitutis metu a diro crudelitatis jugo, quo sub externo dominatu oppressi gemunt, solventur: oramus itaque, quam demisse possumus, „ Cæsaream Majestatem, ut auctoritatem suam interponat, & cum Philippo „ Patruale agat, demonstratque, non „ aliam rationem pacandi Belgii videri, „ quam si præsidia externa removeantur, Inquisitionis metus tollatur, pri-

„ VI<sup>a</sup>



„vilegia, libertates, immunitatesque  
 „restituuntur, ac serventur, & jure æ-  
 „quali inter omnes constituto ex com-  
 „muni ordinum, ac Procerum consilio,  
 „ac decreto publicæ quieti prospiciatur.

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1568.

§. XIX.

*Carolus Cæsaris Filius ad Hispaniæ  
 Regem missus.*

Principis Arausionensis deprecationes  
 non susque, deque habuit Cæsar  
 miti, & prudenti ingenio Princeps,  
 sed eas non solum ad Belgium,  
 quod maximam partem ad imperium  
 spectat, sed etiam ad ipsum imperium  
 pertinere ratus, cum vereretur, ne re-  
 centi adhuc belli Germanici ab Hispani-  
 nis excitati memoria populus ad sedi-  
 tionem commoveretur, quamprimum  
 sibi cum Philippo agendum existimavit,  
 ut autem majus pondus hæc rationes  
 apud Patruelem haberent, & ex di-  
 gnitate personæ altius in pectus ejus  
 descenderent, Carolo fratri pacis appri-  
 me studioso auctor extitit, ut cum aliis  
 de causis privatas suas res spectantibus  
 protectionem in Hispaniam adornaret,  
 atque hujus negotii, quod non solum  
 Belgii, sed imperii quietem tangebatur,  
 curam susciperet. Carolus id libentissi-  
 me fecit, eoque magis, cum prævide-  
 ret, quod accenso semel in Belgio belli  
 in-

Thuan. &  
 Strad. l. c.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

incendio, illud haud ita facile restin-  
gui posset, viresque Hispaniæ Regis,  
quæ melius contra Turcam infestum fa-  
milix Austriacæ hostem verterentur,  
hac ratione distraherentur, ac proin-  
debiliores forent, quam ut in iis præ-  
fidii quidquam Germaniæ fines ponere  
valerent.

## §. XX.

*Exercitus in Germania a Principi  
Oranio conscriptus.*

Thuan. 83  
Strad. l. 6.

Carolus ea de re in primo statim col-  
loquio enixe cum Philippo egit, sed  
tardius id factum, cum jacta semel alea  
Hispanæ copiæ, & Albanus Dux ipse  
tuto, & salva existimatione sua revoca-  
ri haud possent, nam ad famam perti-  
nere existimabat, ne consilii nuper re-  
clamantibus cunctis Principibus fœde-  
ratis initi tam cito pœnitentia duci vi-  
deretur: cum autem se non mediocri  
apud Imperii ordines ob id invidia præ-  
mi intelligeret, scripto Germanica lin-  
gua exarato, & publicato se purgabat,  
& exaggerato perduellium crimini con-  
silia sui rationes niti, atque ad oppri-  
mendos seditiosos se æquitatis legibus  
adstringi pluribus demonstrabat: quo-  
circa bellum utrinque continuatum: in-  
terim Oranius Princeps ex Germania  
copiosum contraxit exercitum, hisque co-  
piis



saecul. XVI.  
A C. 1568.

piis auctus ineunte Mense Septembri  
 trajecto Rheno ad S. Viti oppidum suae  
 ditionis locum pervenit, inde vero trans-  
 eundi copia a Clivienſi Duce petita Lu-  
 dovicus Naſſovius, qui poſt acceptam  
 Gemmingenſem cladem ſeſe ad Ora-  
 nium Fratrem ſuum contulerat, A-  
 rembergam caſo Hiſpanorum praefidio  
 vi cepit, ac poſtea Carpenſem arcem,  
 & Eppenam inter Coloniam Agrippinae,  
 ac Duram, atque Hornefonam, nec-  
 non Vilenam Culemburgi Comitis arcem  
 in poteſtatem redegit. His factis Aquis-  
 grano grandem pecuniam imperavit, ac  
 in Rheno circiter octodecim navigia  
 Italicis mercibus onuſta interceptit, quas  
 tamen Inſitores magna pecunia rede-  
 merunt: caeſae etiam fuere aliquot re-  
 giae cohortes prope caſtrum Noctei-  
 mium: ibi autem longo tempore hae-  
 rente Principe Oranio, cum incertum  
 eſſet, an Lucemburgenſem agrum, vel  
 Belgium, aut potius Gallias peteret,  
 Albanus Dux, cum Burgundiae Comita-  
 tui, quamvis ad illius deſenſionem ex  
 foedere Helvetii eſſent devincti, peri-  
 culum imminere metueret, Vergio  
 Chamlitae Comiti Provinciae Praefidi  
 pecuniam a menſariis grandi ſenore ac-  
 ceptam ſubmiſit, ac Norcarmio Baroni,  
 Comiti Rutio, & Chriſtophoro Mon-  
 dragonio Damvillerii Praefecto praee-  
 pit,

*Hiſt. Eccleſ. Tom. XLVIII,*

S

pit,



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

pit, ut conscriptis equitibus, ac pedibus ei, si casus ferret, præsto essent: mox vero, & Casparum Roblesium cum legione sua ad eas partes ablegavit, dato ei negotio, ut Antonius Berrius Didaci Caruajali signifer cum quinquaginta delectis Hispanis Limburgensi archi imponeretur.

Nihilominus rebus ita providendis Albæ Dux præpedire haud poterat, quin Oranius Princeps trajecta Mosæ prope Tungros Leodiensis diocesis oppidum castra metatus Trudonopolin caperet. Verum eundem Albæ Dux tam presso pede insequēbatur, illumque tam arcte cingebat, ut Princeps crebra, ingentique clade consumptus viginti novem omnino vicibus castra figere, moxque ea loco movere compelleretur, atque ad tantas redigeretur angustias, ut omnino incertus hæreret, quorsum suas copias conduceret, meditabatur equidem in Gallias aufugere, suum exercitum Condæo Principi juncturus, verum illius milites re comperta in tam apertas erumpebant indignationes, ut illos militari sacramento solvere, ipseque in Germaniam secedere cogeretur.

§. XXI.

*Pii V. Papæ studium in tuenda Religionē.*

Tam



Tam prosperos Albæ Ducis successus in Frisia summus Pontifex cum tanta animi lætitia perceperat, ut hunc Belliducem in pleno Patrum Purpuratorum confessu dilaudaret, nec unquam de illo mentionem haberet, quin eum tanquam Principem non minus fortitudine, quam pietate insignem commendaret: verum hæc ipsa pietatis prærogativa meliori adhuc titulo ipsimet summo Pontifici competebat: quippe tam ardenti Religionem Catholicam in Germania, Belgio, & Galliis propagandi studio flagrabat, ut nec sollicitudini, nec pecuniis parceret, quibus cunctos tuendæ fidei studiosos juvare posset, præprimis autem tantum apud Maximilianum II. Cæsarem effecerat, ut religionis negotia minime Laicis in Germania committerentur, ac nonnulli Episcopi, pluresque Pastores, quos ex Ecclesiis, gregeque suo hæretici ejecerant, rursus revocarentur: impetravit insuper, ut Confessio Augustana ex Austria eliminaretur, nec Lutheranorum, neque aliorum hæreticorum ullus ibidem tolleraretur: præterea pari successu Religionem Catholicam in Polonia, & Prussia tuebatur, Franciæ vero Catholicis, necnon Belgis contra Calvinistas non solum monitis, ac pecuniis, sed etiam suis copiis adstitit: nec minus Reginam

Sæcul. XVI.

A. C. 1568.

Spond. ad hunc. ann.

n. 6.

Gabut in vita Pii V. l.

3. Ciacon. t. 3.

p. 997.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.  
tum regnantem Caroli IX. Regis Ma-  
trem hortabatur, ut Joannæ Navarræ  
ditiones sibi vendicaret, eoquod illa  
adeo non a sua hæresi resipisceret, ut  
potius suam condemnationem differe-  
cernens Rupellas secederet, ibidemque  
hæreticos palam defenderet: eapropter  
Pontifex sibi saltem permitti petiit, ut  
sua uteretur auctoritate Apostolica, aut  
quidam alius ex Valesiorum stirpe in  
Navarræ Regem nominaretur, vel His-  
paniæ Rex ad occupandam illam regni  
partem, quam Joanna possidebat, indu-  
ceretur: verum Papa ultra commina-  
tiones haud progrediebatur: porro au-  
tore prioris Mensis Aprilis edita Constitu-  
tione præcepit, ut festum Sancti Tho-  
mæ Aquinatis solemnius celebraretur,  
ac illius dies festus haberetur, simul-  
que a forensi strepitu, atque a servili la-  
bore tam in urbe, quam universo Nea-  
polis regno cessaretur.

*Constitut. 36.*  
*Mirabilis*  
*Deus ann.*  
*1567.*

## §. XXII.

*Bulla in Cæna Domini jussu hujus  
Pontificis promulgata.*

Insuper Papa præceperat, ut Bulla, quæ  
appellatur *in Cæna Domini* alias *Pe-  
ria* quinta ante Parasceven duntaxat  
Romæ promulgata pariter per univer-  
sum orbem publicaretur. Ceterum hanc  
Constitutionem a pluribus summis Pon-  
tifi-



tificibus fuisse conditam, omnibus per-  
 spectum habetur: porro Scriptorum non-  
 nulli existimabant, quod illa Anno mil-  
 lesimo quadringentesimo vigesimo pro-  
 dire cæperit, alii vero illam ad Clemen-  
 tem V. imo alii omnino ad Bonifacii  
 VII. Anno millesimo ducentesimo nona-  
 gesimo quarto electi Pontificatum re-  
 vocant: utut vero res se sit, id cer-  
 tum habetur, quod Julius II. Anno Chri-  
 sti millesimo quingentesimo undecimo  
 illa omnes ubique locorum obstringi  
 mandaverit: insuper Paulus III. Anno  
 Domini millesimo quingentesimo trige-  
 simo sexto censurarum, quæ ibidem im-  
 ponuntur, absolutionem sibi reservabat,  
 anno autem salutis nostræ millesimo  
 quingentesimo octogesimo tertio huic  
 Constitutioni inferuit temerariam appel-  
 lationem illorum, qui a Pontificis man-  
 dato ad futurum Concilium provocant:  
 porro hæc Constitutio præcipue res po-  
 testatem Ecclesiasticam, ac civilem tan-  
 gentes respicit, atque anathema pro-  
 nuntiat in illos, qui in casus ibidem en-  
 narratos incidunt: potissimi autem il-  
 lius articuli concernunt hæreticos, eo-  
 rumque fautores, Piratas, & fures ma-  
 ritimos, necnon illos, qui nova vecti-  
 galia imperant, literas Apostolicas de-  
 pravant, Prælatos Ecclesiæ divexant,  
 Ecclesiasticam jurisdictionem inturbant.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1568.



Sæcul. XVI. vel eam restringere moliantur etiam  
A.C. 1568. sub quæsito quasdam violentias repræ-  
 mendi obtentu, quicumque demum hi  
 sint sive Confiliarii, sive Procuratores  
 Generales Principum sæcularium, aut  
 omnino Cæsares, Reges, aut Duces:  
 insuper perstringit etiam Ecclesiæ bono-  
 rum usurpatores, aliosque, qui omnes  
 casus sunt summo Pontifici reservati,  
 adeo, ut nullus Sacerdos nisi in mor-  
 tis articulo ab illis absolvere valeat:  
 cum autem in quodam ex his articulis  
 omnes Ecclesiastici, cujuscunque sint  
 Nationis, a tributis, oneribus, & ve-  
 ctigalibus, quæ a ceteris subditis Prin-  
 cipi solvuntur, eximantur, ac excom-  
 municationis pœna statuatur in illos,  
 qui ejusmodi tributa &c. ab eis exi-  
 gunt, hinc Hispaniæ Rex, ac Veneto-  
 rum Republica hanc constitutionem in  
 suis ditionibus, quas per hanc exem-  
 ptionem ingens damnum passuras crede-  
 bant, nunquam promulgari permiserunt,  
 minus æquum arbitantes, quod Eccle-  
 siastici in quodam regno degentes, ac  
 subsistentes ab oneribus ibidem impo-  
 sitis excipiantur (\*). Insuper Ludovicus  
 Re-

(\*) Jam in veteri, & novo Testamento  
 minus æquum censebatur, ut Ecclesiastici tan-  
 quam prima Reipublicæ membra simul oneri  
 sacra



Requesensius Romæ Regis Catholici **Sæcul. XVI.**  
 Orator hac de re cum summo Pontifice **A.C. 1568.**  
 acriter disceptabat, quin tamen propter  
 ea Papa a suo proposito desisteret, quin-  
 imo potius Hispanis, æque ac Venetis  
 interdicti pœnam interminabat, eam  
 omnino inflictorus, nisi a Proceribus  
 Philippo II. addictis absterritus fuisset,  
 præsertim cum hujus Regis, necnon  
 Republicæ Venetæ auxiliis pro armo-  
 rum societate contra Turcas ineunda  
 indigeret: ideo Constitutio in *Cæna Do-*  
*mini* in horum ditionibus nec recepta,  
 nec promulgata fuit. Idem quoque fa-  
 tum subibat in Galliis, ubi Anno Sal-  
 vatoris nostri millesimo quingentesimo  
 decimo in Turonensi Concilio tanquam  
 lex, quæ servari haud posset, fuit de-  
 clarata, cum vero Episcoporum non-  
 nulli eandem Anno post Christum na-  
 tum millesimo quingentesimo octogesi-  
 mo durantibus feriis forensibus in suis  
 Diœcesibus recipi studerent, reclamante  
 Procuratore Generali, Senatus præce-  
 pit, ut omnes Archiepiscopi, & Epi-  
 scopi,

S 4

scopi,

facra, & profana ferrent, magisque, quam ce-  
 teri, qui duntaxat civilibus oneribus subdun-  
 tur, gravarentur: id forte ignorabat, D. Pau-  
 lus, qui I. ad Cor. cap. 9. n. II. ait: *Si nos*  
*vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si*  
*nos carnalia vestra metamus.*



Sæcul XVI  
A C. 1568.

scopi, qui hanc Bullam receperant, eam  
que nondum promulgarant, illam ad  
Curiam transmitterent: hi autem, qui  
eam promulgarunt, comparerent, in-  
terea vero eorum reditus interciperentur,  
omnesque illi, qui huic decreto se  
opponerent, tanquam rebelles, læsæ-  
que Majestatis rei haberentur (\*). Nec  
benignius hæc Constitutio recipiebatur  
in Germania; quippe Imperator Rudol-  
phus II. solemniter ejus promulgationi ob-  
sistebat, nec minus Moguntinus Archi-  
episcopus tam pro sua Diocesi, quam  
pro sua ditione illam rejecit (\*\*).

§. XXIII.

(\*) An hæc agendi ratio tantopere jactata  
tum erga Apostolicam Sedem obsequium fa-  
piat, Catholicus Lector dijudicet. Vid. tracta-  
tum de auctoritate Bullæ in *Cena Domini* ty-  
pis editum in Belgio ann. 1719.

(\*\*) Forte universa Germania unice duo-  
rum horum Principum ditionibus constringi-  
tur: quod autem Rudolphus II. hanc Consti-  
tutionem non receperit, nullam mentionem  
faciunt Goldastus in suis Const. Struvius in  
suo Corp. hist. Germ. cum vero Rudolphus  
nonnisi ann. 1576. in Cæsarem fuerit inaugu-  
ratus, hæc autem jam saltem anno 1420. edi-  
ta fuerit, & de nulla oppositione antea facta  
constet, vero similis est, eandem jam du-  
dum in Imperio fuisse receptam.



§. XXIII.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.

*Sanctus Carolus Borromæus hæreticos reprimere a Papa iussus.*

Postea Pius V. nuntium acceperat, *Guiffan. vie de S. Charles l. 2. c. 15.* quod quædam Italiæ urbes hæresis essent infectæ, ac Prædicatorum nonnulli perniciofa doctrina plurium animos depravarent, quin huic malo Inquisitores remedium opponere possent, cum eorum factio nimia potentia valeret, hinc idem Papa Carolo Borromæo Mediolanensi Archiepiscopo præcepit, ut eo contenderet, atque ejusmodi corruptelis prospiceret: igitur Sanctus hic Præsul implorata Divini Numinis ope cunctis suis Clericis, ac populis communes preces fundere mandabat, ut a Deo auxilium ipsi necessarium impetrarent: porro postea Mense Februario Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octavo Mediolano profectus cum tanta prudentia, moderatione, ac circumspèctione hoc negotium pertractabat, ut rei validis ejus rationibus convicti, atque ipsius lenitate, qua animos captare studuerat, expugnati, ejusque magnam auctoritatem reveriti sese subjicerent, suamque hæresin ejurarent: ubi pariter Sacræ Inquisitionis tribunal hujus Sancti Præfulis auctoritate denuo

S 5

fuit



Sæcul. XVI fuit instauratum, atque illi, qui ex hæ-  
A.C. 1568. reticis magis seditiosi erant, profane  
 jurisdictioni traditi, & tanquam quie-  
 tis publicæ perturbatores fuere casti-  
 gati.

## §. XXIV.

*Sanctus Carolus tres Helveticæ ditio-  
 nis valles perlustrans.*

*Guiff. l. c.  
 cap. 13.*

Sub idem tempus Sanctus Carolus fe-  
 nem imposuit Episcopali suæ visita-  
 tioni, qua Septentrionem versus suam  
 lustrabat Diœcesin, quæ longius ad Alpes  
 usque ad Sancti Gothardi Montem se-  
 extendebat. Ingrediēbatur Carolus tan-  
 quam verus Apostolus tres valles, quæ  
 vulgo Levantina, Bregnensis, & Ripe-  
 riana appellabantur, erantque trium  
 Helveticarum tribuum, Uriensis, Sui-  
 ticensis, & Sylveniensis imperio obno-  
 xia: priusquam vero eo penetraret, po-  
 tius Helvetiorum benevolentiam, ne  
 eorum animos exacerbaret, sibi concili-  
 are nitebatur, hinc ad eos, qui ho-  
 rum Pagorum nomine huic ditioni præ-  
 erant, literas mansuetudine, ac chari-  
 tate plenas dabat, suumque eis propo-  
 situm de lustranda hac Diœcesis suæ  
 parte exponens illos rogabat, ut quos-  
 dam Viros auctoritate conspicuos ei  
 submitterent, qui toto visitationis suæ  
 tempore illum comitarentur. Hæc  
 agendi



agendi ratio illis summopere placuit: Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.  
quantocius ergo tres Deputatos scilicet  
ex singulis Pagis unum plena auctoritate  
instructum ablegarunt.

§. XXV.

*Hujus visitationis labores, ac fructus  
exinde reportati.*

Carolum Borromæum, cum ad desti- Guiff. l. I.  
cap. 12.  
natum locum perveniret, horum Re-  
ctorum nomine cuncti cum summa bene-  
volentia excipiebant, eumque honorifici  
obsequii studio præfati Deputati semper  
toto visitationis tempore comitabantur:  
Sanctus vero hic Præsul ubique in ru-  
pibus, locisque ferme ob nivium incle-  
mentiam inaccessis labore incredibili  
deperditas oves conquirebat, ibidem-  
que religionis facie penitus innovata,  
impios, atque idiotas Sacerdotes offi-  
cio suo amovens, ejusmodi subrogabat  
Viros, qui avitam fidem, morumque  
puritatem ad pristinum suum splendo-  
rem revocare possent: equidem potissi-  
mam itineris sui partem pedes confice-  
re, & non raro ferreis ansis, seu unci-  
nis, quos calceis suis affixerat, uti co-  
gebatur, ut præruptas rupes reptando  
conscendere, atque inter præcipitia lo-  
ca firmiter consistere posset, ubi sævis-  
simas frigoris, famis, sitis, atque assi-  
duæ lassitudinis injurias cum summo  
animi



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568

animi sui jubilo tolerabat, quamvis præter panem nigerrimum, aquam ex solutis nivibus haustam, castaneas, aliosque crudiores fructus in hisce montibus progerminatos nullo alio alimento sese reficere posset: insuper frequenter ad populum dicebat, ac ipsemet infantes Christianæ doctrinæ rudimentis imbuebat: postquam vero suam visitationem absolverat, cunctos trium harum vallium Clericos congregabat, cunctisque Ecclesiasticis crebra adhortatione inculcabat, ut officii, ac muneris sui memores tanquam Dei Sacerdotes, & populi Pastores sancte viverent, gregemque suum ad Evangelii pascua conducere: præprimis fervore singulari illos admonebat, ut pristinæ disciplinæ leges, quarum vix ullum inter eos vestigium deprehendebatur, in usum de novo revocarent. Enimvero vix verbis exprimi valet, quam amplius ubique fructus ex tam potenti auxilio in cunctos redundarit, præcipue vero ad hanc morum innovationem plurimum conferebat oratio cujusdam Deputati, qui trium Pagorum nomine perorans hæc exponebat: „nostri Proceres fatentur, „quod suæ potestatis limites excefferint, „dum Gubernatoribus, ac locorum Judicibus suam in Ecclesiasticos auctoritatem usurpandi facultatem concesserunt,

„runt,



„runt, perversis tamen Clericorum mo-  
 „ribus sese ad id fuisse adactos crede-  
 „bant, eoquod publica illorum crimina,  
 „quæ populis offensionem erant, ab Archi-  
 „episcopis, qui pauperes harum vallium  
 „oves a tempore hominum memoriam  
 „excedente nunquam visiterunt, casti-  
 „gata non fuissent; nunc vero sperant  
 „nostri Proceres, quod in posterum res  
 „semper in melius sint processuræ, cum  
 „inter eos adhuc suæ Nationis Viri de-  
 „gant, qui ad Tridentinam Synodum  
 „ablegati servandis decretis, quæ uni-  
 „versim acceptata sunt, invigilabunt, pa-  
 „rati omne præstare obsequium suo Ar-  
 „chiepiscopo, quem tanquam Pastorem  
 „suum venerantur. „

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1568.

De cetero cuncti hujus patriæ Cle-  
 rici omnia decreta, quæ tam in Tri-  
 dentino, quam nupero Concilio Pro-  
 vinciali per eundem Archiepiscopum  
 celebrato edebantur, palam receperant,  
 eaque prorsus integra fide se observatu-  
 ros spondebant, nec minus singuli suam  
 fidei professionem more consueto emit-  
 tebant. Sanctus hic Præsul hæc  
 valles egressus ubique summam pieta-  
 tis, ac sapientiæ suæ famam relinque-  
 bat, gratesque Deputatis ob pium, ac  
 charitate plenum obsequium hisce po-  
 pulis præstitum rependens ad trium Pa-  
 gorum Proceres literas tenero affectu  
 plenas



Sæcul. XVI. A.C. 1568. plenas dedit, eos impense rogans, ut in rebus spiritualibus sese regimini Ecclesiastico ingererent, unde illo abhinc tempore semper inter Sanctum hunc Præsulem, & illos Proceres immota servabatur amicitia: præterea hic idem Archiepiscopus sex hujus Nationis juvenes secum duxit, eosque in Seminarium Mediolani a se erectum misit, ut ibidem Ecclesiastica disciplina imbuerentur. His factis ad hanc urbem reversus Sacerdotes Sanctitate conspicuos ad hasce valles emittebat, qui Divini Verbi prædicatione, & Sacramentorum administratione apud hosce populos tam diu sacra hac ope destitutos maximam sane utilitatem faciebant: progressu autem temporis S. Carolus ibidem Patres Capuccinos pietatis studio probatos, sacrisque doctrinis apprime imbuitos instituit, necnon a summo Pontifice ipse facultatem obtinuit, ut fidelium confessiones excipere possent.

## §. XXVI.

*Ordo Fratrum Humiliatorum a Sancto Carolo ad pristinam disciplinam revocatus.*

*Guiff. vie de S. Charles l. 2. c. 14.*

Hoc item anno Sanctus Borromæus pariter Ordinem Fratrum Humiliatorum, qui a primævo Institutum sui fer-



fervore plurimum deflexerant, ad pristinam disciplinam revocare satagebat: referunt nonnulli, quod hic Ordo erectus fuerit a Mediolanensibus quibusdam Nobilibus, qui in Germania a Conrado Cæsare, seu juxta alios a Friderico Barbarossa, aut Henrico V. diu in Germania capti detinebantur, ac tandem in Italiam reduces omnia sua bona communi omnium usui dicare decreverunt, unde circa annum Domini millesimum centesimum trigessimum quartum suarum uxorum consortium relinquebant, quæ pariter idem vitæ genus ex Divi Bernardi consilio amplectebantur: insuper paulopost Sanctus Joannes de Meda ex illustri Oldratorum familia Mediolani natus eisdem auctor existit, ut Regulæ Sancti Benedicti nomen darent; ubi postea ab Anno Salutis nostræ millesimo ducentesimo hic Ordo ab Innocentio III. approbatus in primævo suo fervore substitit, usque ad sæculi decimi sexti initium, quo tanta monasticæ disciplinæ dissolutio irrepsit, ut in nonaginta monasteriis vix centum circiter septuaginta Religiosi numerarentur, ac Superiores, qui vulgo Præpositi dicebantur, communes Conventuum redditus tanquam sibi proprios vendicarent, suumque munus perpetuo sibi afferrent, vel suas Præposituras aliis cederent,

Sæcul XVI.  
A. C. 1568.

*Heliot. hist.  
des Ord. monast tom. 6.  
c. 20. & 21.*



Sæcul. XVI. A.C. 1568. rent, perinde ac si beneficia in titulum concessa forent: unde tanquam ex prima scaturigine promanabant innumerae prorsus corruptelæ, quibus remedium opponere nitebatur Sanctus Carolus Borromæus, prius tamen cum Pio V. summo Pontifice, antequam Roma discesserat, hac super re conferebat.

Itaque Sanctus hic Præsul a Sanctitate sua hanc in rem duo impetrabat diplomata, quorum uno concessum, ut ex omnibus Ordinis Præposituris ad stabiliendam, atque erigendam Novitiorum domum decimas exigere valeat: altero autem idem cum plena auctoritate Sedis Apostolicæ Delegatus declarabatur, adeo, ut cuncta, quæ ad religionis bonum necessaria censeret, præcipere, ac exequi posset: ut ergo hac in re suo procederet ordine, præprimis comitia in Cremonensi urbe indici mandavit, ibidemque secundum Pontificis diploma prælegi, ac reformationis decreta promulgari iussit, simulque communem reddituum usum inter Religiosos revocavit, omnique proprio dominio penitus abrogato præcepit, ut Præpositi officium non nisi ad triennium extenderetur, ac duntaxat per suffragia Præposituræ obtinerentur: insuper plura alia condidit statuta, quæ non-



Sæcul XVI.  
A C. 1568.

nonnisi ad rectam regiminis dispositio-  
nem, necnon ad conservandum disci-  
plinæ monasticæ fervorem conduce-  
rent. Hisce decretis omnes ferme re-  
ligiosi privati non sine jubilo sese subji-  
ciebant, minor tamen propensio depre-  
hendebatur in Præpositis, qui suas di-  
gnitates perpetuo possidendi, necnon  
reditus illis annexos percipiendi, illo-  
rumque dominium sibi vendicandi spe  
se dejectos dolebant, ac propterea huic  
emendationi acriter sese opponebant,  
eorumque repugnantia diu admodum  
vigeat.

§. XXVII.

*Quatuor Cardinales a Pio V. creati.*

Feria quarta die vigesima quarta Mar-  
tii pridie ante Beatæ Virginis an-  
nuntiatæ festum summus Pontifex qua-  
tuor Prælatos purpura decorabat, quo-  
rum primus erat Didacus Spinola Hi-  
spanus Castellani Senatus Præses, ac  
Seguntia Episcopus, necnon Genera-  
lis in Hispania Inquisitor: porro is cre-  
abatur Cardinalis Presbyter titulo San-  
cti Stephani in Cælio monte. Alter  
erat Hieronymus Souchierus natione  
Gallus in Alverniensi Provincia, seu jux-  
ta alios in Campania natus, Ordinis  
Cisterciensis Religiosus, & Parisinæ Fa-  
cultatis Theologicæ Doctor, necnon  
*Hist. Eccles. Tom. XLVIII.* T qua-

Ciacon. t. 3.  
p. 1031.



Sæcul. XVI  
A.C. 1568

quadragesimus secundus Claravallensium Abbas, qui Tridentinæ Synodæ interfuit, demum vero nominabatur Cardinalis Presbyter titulo sancti Marthæi. Tertius vocabatur Joannes Paulus ab Ecclesia Italus Tortonæ natus, qui primo Cardinalis Diaconus, & postea Presbyter tit. sancti Pancratii, necnon Præfectus signaturæ, ut vocantur justitiæ renuntiatus est. Hic antea Mediolanensis Senator, ac Papiensis Governator exstitit, mortua autem uxore sua, militiæ sacræ nomen dedit, Romanamque se recepit, ubi a Pio V. sua benevolentia honoratus magni momenti negotiis præfectus est, Denique quatuordecimus erat Antonius Caraffa Neapolitanus primo Diaconus, & postea Presbyter Cardinalis tit. sancti Eusebii, quod tamen mutato titulum sanctorum Joannis, & Pauli adoptabat: porro is antea erat Paulo IV. a cubiculis, necnon Vaticanæ Ecclesiæ Canonicus, qua tamen dignitate sub Pii IV. Pontificatu spoliatus est, cum communi calamitate Caraffarum familia premeretur.

§. XXVIII.

*De læræ Cardinalis obitus.*

*Ciacon.*  
*pag. 860.*  
*Ferd. Ughel*  
*in Ital. Sa-*  
*cro.*

Quamvis quatuor hisce Purpuratis sacrum Collegium fuisset auctum, eodem tamen anno septem alii Cardinales



nales vivis erepti deplorabantur, eorumque primus erat Clemens Dolera. Mense Junio Anno Christi millesimo quingentesimo secundo in Genuensi Diœcesi natus. Hic adolescens adhuc ad Fratrum Minorum de observantia familiam se contulit, ubi cum literarum studio, quæ ab humanitate nomen invenerunt, deinde Dialecticæ, Philosophiæ, ac Theologiæ se dedisset, Magister evasit, atque eas scientias multis in Gymnasiis publice summa cum laude professus est, ob quarum singularem præstantiam ad supremum Ordinis sui Ministerium Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio evehctus est, huicque muneri per sex annos summo omnium Religiosorum suorum applausu præfuit: porro hoc ipso officio sibi ad majores honores aditum patefecit, atque a Paulo IV. in tertia Cardinalium creatione anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo purpura Romana decoratus est, vulgo dictus Cardinalis de Ara Cæli, eo quod hujus Ecclesiæ ad sanctam Mariam de Ara Cæli titulum obtinisset. Postea sacri Romani Imperii Protector nominatus a Pio V. ad Episcopatum Fulginatensem in Umbria vocatus fuit, ubi nil antiquius habuit, quam ut Synodi Tridentinæ decretis in

Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

*Vad. de  
Script. Ord.  
Min. Au-  
bery hist. des  
Cardin.*



Sæcul. XVI sua Diæcesi receptis Ecclesiasticorum  
A. C. 1568. mores corrigerentur, pauperes recre-  
 rentur, ordinumque Religiosorum fines  
 extenderentur: quapropter Capu-  
 nis monasterium concessit, & quan-  
 dam Ecclesiam Fratibus Prædicator-  
 bus attribui curavit. Obiit Romæ die  
 sexta Januarii sacris tribus Regibus  
 cra, anno ætatis suæ sexagesimo septe-  
 mo, atque hæredes in testamento in-  
 stituit pauperes, quorum morbi in  
 Nosocomio S. Jacobi curari haud pote-  
 rant. Corpus ejus sepultum est in Ec-  
 clesia sanctæ Mariæ de Ara Cæli ante  
 Altare maximum, ubi ejus epitaphium  
 marmoreo monumento incisum visitat.

## §. XXIX.

*Michaelis Saracenæ Cardinalis mor-*

*Ciacon.*  
*pag. 770.*

Alter erat Joannes Michael Saracena  
 ortus ex nobilissima inter Neapolita-  
 tanas familia, quæ olim Girifalca, post  
 ea autem ob victoriam de potentissimo  
 hoste saraceno a fortissimo equite Ger-  
 tile reportatam Saracena fuit nominata.  
 De cetero Michael die prima Novem-  
 bris Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo primam  
 lucem aspexerat, atque Archiepiscopus  
 Materanus ad Cæsaris Caroli V. nomi-  
 nationem a Clemente VII. tertia Julii die  
 Anno post Christum natum millesimo quin-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

quingentesimo trigesimo primo renun-  
 tiatus est: interfuit quoque Concilio  
 Tridentino, atque a Julio III. Romana-  
 rum rerum administrationi præfectus  
 postea Cardinalis creabatur: cum vero  
 inter Canonicos Regulares S. Augustini  
 Congregationis Lateranensis, & Mo-  
 nachos S. Benedicti Congregationis Cas-  
 finensis lis exorta esset, Pius IV. Ponti-  
 fex rem totam Cardinalibus Saraceno,  
 Cicadæ, ac Tranensi commisit: insuper  
 idem Papa hunc cum septem aliis Pur-  
 puratis Caroli Cardinalis Caraffæ quæ-  
 stioni adesse, ac iudicibus assistere vo-  
 luit, eique oblata Concilii Tridentini  
 Decreta inspicienda, atque examinanda  
 tradidit: præterea cum Philippus Hi-  
 spaniarum Rex B. Didacum in sancto-  
 rum numerum referri expeteret, Sara-  
 ceno ad rem examinandam cura fuit  
 demandata. Interfuit etiam sacris co-  
 mitiis, in quibus Marcellus II. Paulus  
 IV. Pius IV. & Pius V. in Romanos Pon-  
 tifices electi fuerant: tandem vero fe-  
 ria tertia die vigesima septima Aprilis  
 hoc anno a partu Virginis millesimo  
 quingentesimo sexagesimo octavo, æta-  
 tis suæ sexagesimo nono vivis ereptus  
 est, sepultusque in Ecclesia sanctæ Ma-  
 riæ supra Minervam, ubi ejus insignia,  
 ac inscriptio sepulcralis legitur: porro  
 illius ossa Neapolin fuere translata, ut

T 3 in



Sæcul. XVI. in Majorum suorum tumulo repon-  
A. C. 1568. rentur.

## §. XXX.

*Simonettae Cardinalis extrema.*

*Clacon.*  
*pag. 924.*

Inter Cardinales hoc anno defuncto  
 tertius numerabatur Ludovicus Si-  
 monetta Mediolanensis, sacri, profane  
 que juris Doctor. Is Anno Incarnatio-  
 nis Dominicæ millesimo quingentesimo  
 trigesimo sexto Pisauriensis Antistes e-  
 lectus huic Ecclesiæ usque ad annum  
 reparatæ salutis millesimum quingente-  
 simum sexagesimum præfuit, postea au-  
 tem eandem cum Laudensi Episcopatu  
 permutavit, postquam a Pio IV. Anno  
 Salvatoris nostri millesimo quingentesi-  
 mo sexagesimo primo Cardinalis tituli  
 sancti Cyriaci in Thermis creatus fue-  
 rat. Dein ab eodem Pontifice Legatus  
 ad Tridentinum Concilium decretus,  
 eo absoluto suorum Sociorum, om-  
 niumque Patrum nomine Romam con-  
 tendit, ut decretorum confirmationem  
 peteret: insuper adjungebatur illis, qui  
 ipsius Concilii acta in usum deducere  
 jubebantur: præterea præfuit Signatu-  
 ræ, ut vocant, justitiæ, cum interfuis-  
 set Pontificiis comitiis, quibus Pius V.  
 Petri Cathedram ascendit. Sepultus  
 est ad S. Mariam Angelorum in Ther-  
 mis



mis sine ulla inscriptione, & ferme abs-  
que ulla funeris pompa.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

Cum autem quidam latro Simonetæ Cardinali quoad faciem, ac corporis habitudinem haud absimilis esset, is ipsius nomen, vestes, & reliqua insignia usurpare audebat, atque ficto hoc, superboque apparatu fretus quamplurimos etiam inter Nobiles decepit, pluresque Italiæ Urbes pervagatus, impedimenta matrimonii in secundo, ac tertio affinitatis gradu dirimebat, & dispensationes concedebat, necnon beneficiorum renuntiationes admittebat: insuper excommunicationis vinculo innexos liberabat, indulgentiasque concedebat, & alia his similia, vel etiam multo majora, quæ Legatus de latere facere consuevit, perpetrabat, unde tantam auri copiam ex his sibi comparavit, ut tota ejus suppellex ex auro, atque argento Principum more esset instructa: omnes pariter prædones, qui eum comitabantur, illum Eminentix vestræ prærogativa honorabant, exteriusque honores tantæ dignitati, si re ipsa substitisset, debitos exhibebant, ex quo factum, ut multi Nobiles delusi aliquamdiu eum comitarentur, hospitio exciperent, necnon pretiosis donis auferent: tandem detecta fraude ementitus hic Cardinalis in Bononienti

T 4

ditio-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

ditione comprehensus instructis iudicii actis laqueo aureo ad collum appposito, & marsupio vacuo suspendebatur, eaque appendebatur tabula cum hac inscriptione: *sine Moneta*, qua significaretur, non hunc esse Cardinalem Simonettam, ut se jactabat, sed grassatorem, qui tunc *sine moneta* erat.

## §. XXXI.

*Salviati Cardinalis mors.*

Ciacon.  
pag. 907.  
Aubery l. c.  
Sanmarth.  
Gall. Christ.

Quartus erat Cardinalis Bernardus Salviatus ex Nobili, & perantiqua Florentinorum familia natus, nam ejus Parentes erant Jacobus, & Lucretia Medicæa, Leonis X. Papæ Soror, ac Catharinæ Medicææ Franciæ Reginæ Matertera: insuper is fratrem habuit Joannem Salviatum Tranensem Episcopum, ac Cardinalem, qui Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio obiit. Porro Bernardus primo Melitensis Eques, & postea Prior Capuanus, ac supremus Prior Romanus, & denique Ordinis sui Archithalassus nominabatur, quò munere auctus maximam sibi comparaverat gloriam, ac nominis sui famam, quippe se Turcis omnino terribilem reddebat, cum Fagieranum alveum ingressus omnes arces, quæ ejus armis, ac com meatui obsistebant, in cineres redigeret.



ret. Alia quoque occasione, cum Melitenfibus copiis præeffet, Coronem Infulam, urbemque occupavit, & usque ad Galliopolitanum Fretum procurrens Chienfem Infulam incendit, pluribus inde abductis mancipiis. Postea ab ordinis sui Magistro Orator ad Carolum V. unacum Philippo Strozio, & Laurentio Rodulpho Barcinonem missus, pro patria libertate pugnavit, deiu vero in Gallias ad Catharinam Medicæam Reginam sibi sanguine junctam decretus ab eadem ad dimittendas profanæ militiæ curas, necnon ad vitæ pacatoris studium tam valida oratione monebatur, ut Clericali militiæ adscriptus, cedente Cardinale Joanne Salviato Fratre suo die septima Junii Anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo nono S. Populi Episcopus in Galliis, ac postea Claromontanus Antistes Anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo primo renuntiaretur. Demum ab eadem Regina Regis Matre majoris Eleemosynarii munus eodem anno obtinuit, necnon ad ejusdem preces, cum secunda haberetur Cardinalium creatio, a Pio IV. purpura decoratus est. Interfuit etiam Francisci Regni comitiis Anno a Christi Nativitate millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo Lutetiæ Parisiorum ce-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

Contra  
per. 1568  
Lutetia  
1568



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568  
lebratis, necnon illis, in quibus ele-  
ctus est Romanus Pontifex Pius V., sub  
cujus Pontificatu Romæ feria quinta  
die sexta Maji Anno Incarnationis Do-  
minicæ millesimo quingentesimo sexa-  
gesimo octavo fatis cessit, ac corpus e-  
jus terræ mandabatur in Ecclesia sanctæ  
Mariæ supra Minervam.

§. XXXII.

*Castillioneus Cardinalis mortuus.*

*Ciacon.*  
*pag. 964.*  
*Aubery l. c.*  
*Ughel Ital.*  
*Sucra.*

Quintus erat Franciscus Antonius Ca-  
stillioneus Mediolanensis Filius  
unicus Hieronymi Castillionei in Se-  
natus Mediolanensi Præsidis, atque ex  
nobili hujus Urbis Castillionæa familia  
nati, ex qua etiam Cælestinus IV. Papa  
ortum trahebat. Ceterum Franciscus  
adhuc juvenis græcæ, & latinæ lin-  
guæ studio cum ingenti sollicitudine in-  
cumbebat, ac postea Papiæ civili, &  
Canonicæ jurisprudentiæ, necnon Phi-  
losophiæ, ac Theologiæ operam nava-  
bat, quin tamen hisce studiis ab arte  
poetica averteretur, qua plurimum de-  
lectabatur, eamque sedulo exercebat.  
subinde quædam poemata etrusco ser-  
mone elucubrans, quæ in Hieronymi  
Rufcellii collectaneis reperiuntur: post-  
modum sancti Abundii Abbatia insigni-  
tus benevolentiam Pii IV. Pontificis sibi  
conciliabat, a quo etiam primo Bobien-  
sem



sem Episcopatum in Mediolanensi Du-  
 eatu obtinuit in præmium suæ pietatis,  
 ac scientiæ, qua in Concilio Tridentino  
 elucebat: ut vero ejus erga Religionem,  
 sedemque Apostolicam studium mer-  
 cede haud careret, ab eodem Papa Car-  
 dinalium numero accensebatur unacum  
 titulo sancti Nicolai inter Imagines, post-  
 quam Pius IV. Anno salutis millesimo  
 quingentesimo sexagesimo quinto jam  
 quarta vice Cardinales creaverat. In-  
 terfuit Abundius comitiis, in quibus  
 Pius V. eligebatur Pontifex, demum  
 vero die decima quarta Novembris hoc  
 anno Romæ mortalitatem exiit, non-  
 nisi quadraginta quinque annos natus,  
 sepultusque est in Ecclesia sanctæ Ma-  
 riæ de Populo, ubi ejus hæres mar-  
 moreum monumentum unacum sepul-  
 crali inscriptione erigi curavit. De ce-  
 tero hic idem Cardinalis Papæ Col-  
 legii Castillionæi olim a Branda ejus-  
 dem familiæ Purpurato instituti mores  
 reparavit, & Collegium propriis sum-  
 ptibus restauravit, nec minus Cæle-  
 stino IV. Papæ sepulcrum erigere in-  
 choaverat, quod tamen morte præven-  
 tus perficere haud valuit.

§. XXXIII.

*Vitellotii Vitellii Cardinalis obitus.*

Ex

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1568.



Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.

*Ciacon.*  
*pag. 863.*

**E**x Cardinalibus hoc anno decedentibus sextus erat Vitellotius Vitellius Nobilis Tiphernas in Umbria natus, & Filius Alexandri in univërfa Europa Belliducis celeberrimi, qui tribus summis Pontificibus Clementi VII. Paulo III. & Julio III. præclara admodum obsequia præstitit. Porro Vitellius quatuordecim annorum juvenis Patavium missus, ut se virtutum, scientiarumque ornamentis expoliret, spatio sex annorum humanarum literarum, & legalis Sapientiæ toga meruit condecorari: cum vero Romam postea venisset, & nominis sui famam effundere coepisset, a Julio III. Cameræ Apostolicæ Clericus, & mox in patria sua Episcopus, cum viginti octo ætatis suæ annos numeraret, electus est.

Postea a Paulo IV., cui tanti Viri merita probe erant perspecta, Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo Diaconus Cardinalis titulo sanctorum Sergii, & Bacchi nominatus, atque officiorum, quæ viginti aureorum millibus vendi potuissent, dono cumulatus est: quinimo Vitellius Cardinalis apud eundem Papam tanta pollebat gratia, ut in difficilioribus negotiis nihil Paulus publice, vel privatim ageret, quin prius hujus Cardinalis consilium expetiisset. Præfici-  
batur



batur etiam maximi momenti negotiis, Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.  
 ac præprimis Campaniæ, & oræ Mari-  
 timæ de latere Legatus declarabatur,  
 annumerabaturque illis Cardinalibus,  
 qui pro interpretatione Concilii Triden-  
 tini fuere deputati: insuper præfuit Si-  
 gnaturæ gratiæ, Romæque Francisci  
 Regni negotia procuravit, ubi inter-  
 fuit quoque conclavi, in quo Pius IV.  
 & Pius V. Pontifices fuerunt renuntiati,  
 sub cujus postremi Pontificatu feria sex-  
 ta die decima nona Novembris anno  
 ætatis suæ trigesimo septimo na-  
 turæ debitum solvit, atque in Ecclesia  
 sanctæ Mariæ in via lata e regione Al-  
 taris sancto Cyriaco, & Divæ Catha-  
 rinæ sacrati sine ulla sepulcrali inscri-  
 ptione Corpus ejus humatum fuit. Ce-  
 terum Literatos summopere coluit, per-  
 carus Cardinali Borromæo, quem e-  
 tiam in omnibus suis legationibus co-  
 mitabatur.

§. XXXIV.

*Joannis Bernardini Scotti fata.*

Denique septimus erat Joannes Ber- Ciacon.  
pag. 846.  
 nardinus Scotus natione Italus,  
 vitæ integritate, atque eruditionis præ-  
 stantia celeberrimus, necnon ex genere  
 per plusquam quadringentos annos no-  
 bilitate claro genitus, qui aliquamdiu  
 in Aula Romana Consistorialis Advocatus,  
 tus,



**Sæcul. XVI.** tus, ut se Deo sacraret, Clericorum  
**A.C. 1568.** Regularium Theatinorum societatem  
 non ita pridem a Petro Caraffa in-  
 titutam selegit, quinimo illum præ cete-  
 ris fuisse primum ferunt, quem idem  
 Caraffa religioso habitu induit: post-  
 quam vero Anno Domini millesimo quin-  
 gentesimo vigesimo secundo die secun-  
 da Novembris perpetua sponione sese  
 Deo mancipaverat, in eadem Religio-  
 ne indefesso studio Græcæ, Hæbraicæ,  
 & Caldaicæ linguis incubuit, ac pro-  
 gressu temporis Venetiis supremus Or-  
 dinis sui Præpositus renunciatus est:  
 cum autem Orientalium linguarum pe-  
 ritia clarus audiret, Pauli IV. jussu Lip-  
 pomanum Legatum in Germaniam ad  
 Cæsarem comitabatur, atque ambo  
 mense Octobri Anno Salvatoris nostri  
 millesimo quingentesimo quadragesimo  
 octavo Roma discesserunt: porro Sco-  
 tus anno sequenti ab hac legatione re-  
 dux, cum jamjam senio confectus esset,  
 sese totum divinæ contemplationi de-  
 dere statuit: ast a Paulo IV. Venetiis  
 Romam revocatus, primo Archiepisco-  
 pus Tranensis, ac demum Anno post  
 Christum natum millesimo quingente-  
 simo quinquagesimo quinto Cardinalis  
 tit. sancti Matthæi creatus est. Res-  
 publica Veneta ob hunc favorem gratum  
 animum erga summum Pontificem te-  
 stabat-



statur, illiusque Dux ad novum hunc <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 Cardinalem literas dabat, quibus ei pur- <sup>A. C. 1568.</sup>  
 puram ob merita collatam gratulabatur:  
 nec minus quoque Pius IV. Pauli IV.  
 Successor Scoti merita celebrabat, un-  
 de eidem Anno redemptionis nostræ  
 millesimo quingentesimo quinquagesi-  
 mo nono Placentinum Episcopatum  
 contulit, quem tamen Scotus anno se-  
 quenti dimisit, cum priorem suam Ec-  
 clesiam relinquere renueret: verum Pla-  
 centiam reverti a Papa iussus, ac de-  
 mum Anno Domini millesimo quingen-  
 tesimo sexagesimo primo Romam revo-  
 catus, ibidem maximi momenti negotiis  
 præfuit, commissa ipsi eorum cura, quæ  
 Concilium Tridenti celebratum, nec-  
 non precum Canoniarum emendatio-  
 nem concernerent. Denique hic idem  
 Præsul denuo ad suam redierat Eccle-  
 siam, quam tamen postea nunquam de-  
 ferere voluit, adeo, ut nequidem inter-  
 esset comitiis, in quibus Pii IV. Succes-  
 sor creabatur: attamen vix Pius V. ele-  
 ctus fuerat, cum Scotus ab eodem Ro-  
 mam vocaretur, ut supremum hære-  
 ticæ pravitatis Inquisitorem ageret, nec-  
 non Græcorum, & Ecclesiæ Orientalis  
 negotia perficeret. Tum quidem ab-  
 dicare Placentinas Insulas, curasque  
 cogitavit, & facile a Pontifice impe-  
 travit ob eam rationem, quod abesse  
 Roma



**Sæcul. XVI.** Roma perutile sibi Scoti consilium, ac  
**A. C. 1568.** prudentiam nollet. Contigit hæc Cardinalis abdicatio Julio mense, anni millesimi quingentesimi sexagesimi octavo, quo etiam anno die Sabbati, secunda Decembris Romæ humanitatem exultantis ejusque obitum profecutus est lacrimis Pius Pontifex: porro defuncti Cadaver sepultum est in Ecclesia Divi Pauli extra urbem inscriptione, sed admodum humili decoratus. Vulgo is dicebatur Scotus Cardinalis Tranensis, ac summo studio Breviarium, & Missale Romanum ad pristinum morem, & institutum, uti nunc cernimus, revocavit, adjectus opera Foscarii Mutinensis Episcopi ex Ordine Fratrum Prædicatorum, aliorumque, qui a Pio IV. & Pio V. ad id munus selecti fuerant.

## §. XXXV.

*Onuphrii Panvini extrema.*

*Thuan. l. 43.  
 Possev. ap-  
 par. Sacr.*

Inter Scriptores Ecclesiasticos hoc anno mortis violentia sublatos numerandus venit Onuphrius Panvinius Veronensis Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini alumnus, qui Romanarum antiquitatum cognitione apprime eruditus indefessum in literis laborem impenderat, atque ex consilio Cervini Cardinalis fautoris sui, qui postea sub Marcelli II. nomine in Pontificem fuit



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

fuit electus in dilucidandis antiquitati-  
bus Ecclesiasticis operam suam navabat,  
atque pro primo laboris sui fructu edi-  
dit summorum Pontificum, & Cardi-  
nalianum chronicon, quod ipso inscio circa  
annum Salvatoris nostri millesimum  
quingentesimum quinquagesimum septi-  
mum Jacobus Strada Mantuanus ejus  
amicus typis edi curabat, paucis vero  
post annis ipsemet Onuphrius illud longe  
correctius iterato prælo subjecit, ac Pio  
V. summo Pontifici Anno post Christum  
natum millesimo quingentesimo sexage-  
simo sexto nuncupavit: insuper idem  
Pontificum vitas a Platina inchoatas a  
Sixto IV. usque ad Pium V. prosequen-  
tibus, nec minus scribebat Chroni-  
con Ecclesiasticum, aliumque tractatum  
de Primatu Divi Petri: præterea vole-  
bat integram Ecclesiæ Historiam, &  
generales Pontificum, ac Cardinalium  
annales edere; ast Farnesium Cardi-  
nalem Panormum in Siciliam comitari  
rogatus ibidem hoc anno Christi mil-  
lesimo quingentesimo sexagesimo octavo  
mortuus est, non nisi annos triginta no-  
vem natus: porro Corpus ejus Romam  
translatum in Ordinis sui Ecclesia ad  
Divum Augustinum sepultum est. Po-  
steris pariter reliquit tractatum de ve-  
teris ritu Baptizandi Cathecumenos, nec-  
non de origine Baptizandi imagines:

*Hist. Eccles. Tom. XLVIII.* U Ad



**Sæcul. XVI.** Ad hæc exstant etiam ista ingenii ejus  
A.C. 1568. monumenta I. libellus de Fastis, &  
 Romanorum triumphis II. Tractatus de  
 Sibillis. III. Commentarius de Repub-  
 lica Romana. IV. Alius de triumphis  
 V. Item alius de Fastis Consularibus  
 VI. Quatuor libri de Imperio Romano  
 Græco, & Latino. VII. Opus de an-  
 tiquis Christianorum ritibus sepeliendi  
 mortuos, & de eorum cæmeteriis  
 VIII. Tractatus de præcipuis Urbis Ro-  
 manæ Basilicis, quæ vocantur septem  
 Ecclesiæ. IX. Alius de consecratione  
 panis cerei, qui vocatur *Agnus Dei*, at-  
 que a quolibet Papa in primo Pontifi-  
 catus sui anno Dominica *Quasimodo* sa-  
 crari, & singulis septem annis renovari so-  
 let. Edidit adhuc plures alios tractatus.

## §. XXXVI.

*Erasmi Argentiniensis Episcopi obitus.*

*Thaan l. c.*  
*Sanmarth.*  
*Gall Christ.*  
*Guiliman*  
*de Episc.*  
*Argent.*

**H**oc item anno obiit Erasmus Argen-  
 tinensis Episcopus ex Comitum  
 Limpurgensium familia natus; porro  
 Limburgum est in Germania Circuli  
 Westphalici Toparchia, quæ ferme tota  
 in Sueviam procurrit. Hic erat Præ-  
 sul pietate, ac eruditione sua plurimum  
 commendandus, potissima vero laude  
 celebrandus ob ingenii sui aciem, ac  
 ingentem in literis proficiendi avidita-  
 tem, nam adhuc juvenis Tubingæ die  
 scipli-



Sæcul. XVI.  
A C. 1568.

sciplinis Mathematicis operam navabat, magisterio usus Joannis Stofleri, jurisprudentiæ vero præcepta hauserat a Conrado Braunio, & Joanne Marquardo, Parisiis autem a Joanne Sturmio, quem non ita pridem Argentinam accersens in eadem Urbe Collegii Rectorem nominabat. Postea Erasmus Anno Christi millesimo quingentesimo quadregesimo primo Argentinensis Episcopus, mortuo Guilielmo de Hornstein eligebatur, nullumque non movebat lapidem, ut hæreticos ad Ecclesiæ sinum lenitate, ac mansuetudine revocaret: interfuit quoque Tridentino Concilio: devixit autem die vigesima nona Novembris Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo sexagesimo octavo.

Hoc eodem anno Guilielmus Viola Nobilis, qui die decima octava Martii anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo tertio in Parisiensi Episcopatu Eustachio Bellajo successerat, e vivis excessit, sepultusque fuit in Ecclesia sua Cathedrali,

§. XXXVII.

*Petrus Gondyus ad Parisiensem Episcopatum nominatus.*

Cum concordata Leonem X. inter, & Franciscum I. inita in Parisiensi Senatu nonni vi, ac pluribus Regis

U 2

man-



**Sæcul. XVI.**  
**A.C. 1568**

mandatis ideo tantum, ut Regis vice  
 confuleretur. juxta Consiliariorum ob-  
 tentum approbarentur, atque aliunde  
 huic approbationi præmitteretur appo-  
 sita quædam declaratio, quæ Curia  
 tabulis fuit inserta, hinc Guilielmo Via-  
 la vix fatis functo mox Parisiensis Ec-  
 clesię Canonici a civilium caussarum  
 Judice, necnon Urbis nomine a Mercatorum,  
 & Consulium Præfectis sollicitabantur,  
 ut in defuncti locum ad  
 novi Præfulis electionem procederent  
 verum Carolus IX. Rex Petrum Gordy-  
 dum tum Lingonensem Ducem - Episcopum  
 nominando Capitulum prævenit,  
 prout apparet ex regiis literis die  
 nona Maji Anno Salvatoris nostri mil-  
 lesimo quingentesimo sexagesimo octavo  
 datis, quæ in secretis præfatę Ec-  
 clesię Parisiensis scriniis asservantur.  
 nihilominus hic Præsul nonnisi Anno  
 post Christum natum millesimo quin-  
 gentesimo septuagesimo Parisios venit  
 ac suę Ecclesię possessionem accepit.  
 Ceterum natus is erat ex Antonio Gordy-  
 dyo Florentino circa Annum Domini  
 millesimum quingentesimum trigesi-  
 mum tertium.

§. XXXVIII.



§. XXXVIII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

*Quædam Universitatis Parisinæ sta-  
tuta de hæreticis ab ea ex-  
cludendis.*

Cum hoc anno Cardinalis Castillio-  
næus a vera fide deficeret, atque  
in Angliam auffugeret, Parisina Uni-  
versitas ad quædam decreta sancienda  
impellebatur, quorum causam, vel sal-  
tem occasionem præbebant illi, qui per-  
verfas fovebant opiniones, aut omnino  
ad hæreticorum castra transibant: ita-  
que Universitas die secunda Januarii  
statuit, ut Gymnasia lustrarentur a Re-  
ctore Michaelæ Auburgo unacum Ma-  
gistro de Mouchy, seu Demochare Cen-  
sore Theologo, & tribunalis Acade-  
mico, ut hisce temporibus, quibus de  
Religione certabatur, Universitas, quam  
oportebat esse Magistram veræ pietatis,  
ac Religionis, veluti & bonarum om-  
nium artium, a singulis in suis Ordini-  
bus rationem fidei, ac Religionis ex-  
posceret, ut boni in ea confirmaren-  
tur, atque alii errore fortasse decepti  
ad eandem revocarentur: Insuper die  
vigesima quinta Januarii anno millesi-  
mo quingentesimo sexagesimo octavo  
decrevit eadem Universitas, ut profes-  
sionem fidei omnes Academici exceptis  
Medicæ Facultatis Doctoribus, ac Bac-

*Argentre  
coll. judic.  
ac novis  
error. t. 2.  
pag. 398.*

U 8 calau-



Sæcul. XVI  
A. C. 1568.

calaureis, coram suis Decanis, & Doctore aliquo Theologo ederent: præterea decretum est, ut nomine Universitatis porrigeretur Regi libellus supplex adversus eos Academicos, qui a fide erga Deum, & Regem defecerant, & ad rebelles hæreticos transfugerant unde illi, qui Regem supplices adirent, nominati sunt ex sacro Ordine Magistri Vigor, Huges & de Saintes Doctores Theologi: porro hunc libellum supplicem suo chirographo muniebat Auburgus Rector, eratque his conceptus verbis.

§. XXXIX.

*Libellus supplex hanc in rem Regi porrectus.*

*Argentor  
pag. 399.*

„Rex potentissime! Doctores, Rectores, ac Magistri Urbis tuæ Parisiensis cum omni subjectione exponunt, quatenus pro bono publico, no-  
væque sectæ, atque eminentiæ Reformationis extinctione, necnon extirpatione hæresum, quæ indies latius sese extendunt, juxta Majestatis vestræ edicta quosdam ex Ministris suis, ac Typographis, quos aperte huic sectæ faventes, tum eorum agendi ratio, tum perversi libri ab ipsis tumultu initio divulgati, ac venditi probant, privilegii, quæ Majestas vestra, at-  
que



„que ejus Prædecessores præfatæ Uni-  
 „versitati concessere, privarint, ac in  
 „ceteros quoque Academicos exacte in-  
 „quisierint, ut Universitatis corpus non-  
 „nisi vere Catholicis membris, quæ  
 „Deum timent, eique fideliter deser-  
 „viunt, compositum sit: ad illos vero  
 „eo melius dignoscendos statuerunt, ut  
 „ex hisce Academicis quilibet præfixa  
 „die Facultatis Decanum adiret, eoque,  
 „ac duobus Theologiæ Magistris præ-  
 „sentibus singuli palam profiterentur,  
 „quod summo Pontifici, Regi, Deoque  
 „debitam submissionem præstare, Ca-  
 „tholico - Romanam fidem conservare,  
 „ac tueri velint. Verum hæ sollicitudi-  
 „nes suo carebunt successu, nisi a Ma-  
 „jestate vestra auctoritatem recipiant,  
 „adjuventur, ac suffulcianur: quapro-  
 „pter mandare dignetur, ut ab Univer-  
 „sitätis corpore omnia membra novæ  
 „sectæ addicta rescentur, eisque alii  
 „Viri Catholici subrogentur: præterea  
 „singulis, quibus id competit, præci-  
 „piatur, ut ejusmodi substitutos reci-  
 „pianur, atque admittant: ne vero il-  
 „lorum, qui harum hæresum Sectato-  
 „res reperiuntur, ullus sese sub Aca-  
 „demici nomine occultare possit, cun-  
 „ctis Scholaribus decimo quinto die,  
 „postquam ad Collegia fuerint admissi,  
 „necnon omnibus Magistris, & Profef-

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1568.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568  
 „foribus, quorum disciplinæ hi traden-  
 „tur, injungatur, ut coram Rectore  
 „compareant, eandemque fidei profes-  
 „sionem supra relatam emittant: ex ad-  
 „verso iisdem Rectoribus, Decanis, at-  
 „que præfatæ Universitatis Cancellaris  
 „prohibitum sit. ne ullum Scholarem ad  
 „quemcunque gradum admittant, nisi  
 „prius cuncta ibidem contenta promit-  
 „tat, ac juramento firmet. Insuper  
 „præfatis Decanis injungatur, ut è  
 „iplimet procurent, quatenus quilibet  
 „Magister, & facultatis suæ Doctor ean-  
 „dem fidei professionem nuncupet: di-  
 „ligenter autem observet illos, qui ob-  
 „temperare recufaverint, ut remedium  
 „prout melius Majestati vestræ visum  
 „fuerit, apponi valeat. „ His prolati  
 „iisdem oratores subdebant, quod Deum  
 „exorare velint ad salutis, ac prosperi-  
 „tatis incrementum regis Majestati ob-  
 „tinendum.

## §. XL.

*Regis responsum ad hunc libellum  
supplicem.*

*Arg. p. 400.* Postmodum Rex, accepto hoc libello  
 supplici, Parisiis die tertia Junii re-  
 spondit, ac literas proprio suo chiro-  
 grapho munivit, hæc exponens: „Ad  
 „preces, quas Rectores, Doctores,  
 „Regentes, Magistri, & cetera pri-  
 „mogen-



„mogenitæ Filiaë meæ Parisiensis Uni-  
 „versitatis membra exposuerunt, man-  
 „davimus, & mandamus, ut omnes  
 „docentes, & suas doctrinas, sive  
 „in scholis privatis, sive publicis in præ-  
 „fata Universitate tradituri, simulque  
 „cuncti, quibus in Collegiis, vel aliis  
 „communitatibus quoddam munus est  
 „commissum, cujuscunque artis, vel  
 „Facultatis, aut quorumcunque do-  
 „mestici sint, quinimo etiam illi, qui  
 „ab ipsa Majestate Regia officiis desti-  
 „nati, vel ab eadem ad lectiones, &  
 „publica literarum exercitia stipendiis  
 „donati sunt, una omnes Catholicam,  
 „Apostolicam, & Romanam religionem  
 „profiteantur, atque in suis moribus,  
 „vita, ac vestium decencia leges, sta-  
 „tuta, & præfatae Universitatis Con-  
 „stitutiones observent: hinc jubemus,  
 „ut illi, qui supra dicta observare, &  
 „custodire recusaverint, præfatis suis  
 „officiis, & functionibus priventur, eo-  
 „rumque loco alii admittantur, qui  
 „prædictis prærogativis sunt donati. In  
 „quorum fidem præsens diploma pro-  
 „prio nostro chirographo munivimus.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1568.

§. XLI.

*Duo Gymnasiarchi suis officiis amoti.*

Ad porrigendum libellum supplicem, *Arg. p. 400.*  
 cujus supra meminimus, Parisien-

U 5

sem



Sæcul XVI.  
A. C. 1568.

sem Universitatem non modo permovebat generale sanam doctrinam in suo corpore conservandi studium, sed etiam privata defectio Castillionæi olim Cardinalis, necnon apostasia aliorum, quos inter Oudinus Petit Typographus, Nicolaus Chartonus Bellovacensis Collegii, ac Joannes Dachim Gymnasti Sancti Michaelis Rector, & Petrus Ramus Collegii Prælejenfis Gymnasiarchus præter alios quosdam Universitatis Ministros erant, qui una omnes suis officiis, ac functionibus privabantur: equidem Juris, ac Medicinæ Facultas sese hujus Typographi condemnationi opponere, verum frustranea erat hæc repugnantia, unde in horum locum Collegii Bellovacensis Rector nominabatur Martinus Everardus, pro Prælejenfi vero eligebatur Antonius Muldrocus, atque eorum quilibet, ut in suis officiis confirmarentur, libellum supplicem regio Senatui porrexerunt, a quo etiam protegebantur, ac confirmationem accipiebant.

§. XLII.

*Fidei Professio ab omnibus Universitatis membris emittenda.*

Die nona Februarii Universitas apud Mathurinos congregata cæpit exigere a primariis membris, & viris Academicis



demis professionem fidei juxta formu- Sæcul XVI.  
A.C. 1568.  
lam a Doctore de Mouchy, seu Demochare Censore Theologo conscriptam, quæ non multum abfimilis erat illi, quæ confecta erat anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo secundo circa obedientiam summo Pontifici Romano præstandam, &c. His autem verbis erat concepta.

„Ego N. Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, & in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine: & in Spiritum sanctum, qui ex Patre, Filioque procedit. Certa quoque, & firma fide credo unam, sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam in terris, quæ in fide, & in moribus errare non potest, cui omnes obedire tenentur, cujus summus Pontifex Romanus est caput visibile, & Christi Vicarius universalis, qui potestatem habet ligandi, solvendi, excommunicandi, & indulgentias conferendi, extra quam non est salus. „

Ecclesiæ præcepta de audienda Missa diebus Dominicis, & Festivis, & de horum dierum observatione, de confessione vocali Sacerdoti facienda, de Corporis Christi perceptione semel saltem in anno, & jejuniis Quadragesimi



Sæcul. XVI. „gesimæ, & aliorum dierum, de cibo  
 A.C. 1568. „rum delectu, & abstinencia, & quæ  
 „cunque ab eadem sunt tradita, & fa-  
 „crofanctis Universalibus Conciliis de-  
 „finita, esse servanda sub peccati poena  
 „ingenuè confiteor. Corde similiter,  
 „& ore profiteor septem esse Sacramen-  
 „ta ad nostram salutem a Christo insti-  
 „tuta, Baptismum, qui unus est, &  
 „parvulis ad peccati deletionem, &  
 „spiritualem regenerationem necessa-  
 „rius: Confirmationem, quam soli Epi-  
 „scopi administrant ad fidèi robur, &  
 „gratiæ augmentum. Pœnitentiam,  
 „quæ in contritione peccatorum, Con-  
 „fessione sacramentali, & satisfactione  
 „consistit. Eucharistiam, cujus per-  
 „ceptio sub utraque specie Panis, &  
 „Vini non est Laicis necessaria, cum  
 „sub una integrum, & verum Christi  
 „Corpus, & sanguinem contineat. De-  
 „num Ordinem, Matrimonium, & Ex-  
 „tremam Uctionem. Firmiter etiam  
 „credo, nos Sanctorum auxilio juvari,  
 „quos non solum imitari, sed & vene-  
 „rari, atque orare nobis valde est utile.  
 „Neque minus fide teneo, Missæ Sacri-  
 „ficium, piorum viventium supplicatio-  
 „nes, orationes, eleemosynas, ad sancta  
 „loca peregrinationes, ac cetera pie-  
 „tatis opera tam nobis, quam mortuo-  
 „rum animabus in Purgatorio plurimum  
 „pro



„prodesse. Sicut non dubito, sed con-  
 „stanti fide affirmo statum illum vitæ,  
 „quem Religionem Monasticam professi  
 „sequuntur, Deo gratum esse. Dete-  
 „stor denique omnem hæresim, & præ-  
 „cipue Lutheranorum, & Calvinista-  
 „rum, quos, & illorum Sectatores æter-  
 „no anathemate dignos esse credo. Et  
 „ita per hoc Sacrosanctum Christi Evan-  
 „gelium, quod manu tango, juro.,”

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1568.

§. XLIII.

*Regis mandata, ac Senatus decreta  
 contra hæreticos.*

Postmodum juxta hanc fidei professio-  
 nem jurabant manu Evangelio, & *Argentre*  
 imagini Christi apposita omnes Doctores *p. 402.*  
 Theologi, & Pontificii juris periti, ac  
 fere omnes Doctores ex Facultate me-  
 dica: porro inde itum est in Collegia  
 Lexovienne, San-Barbaranum, Remen-  
 se, Calvicum-Sorbonicum, &c. & ad  
 Scholas juris Canonici, ubi lustrata sunt  
 omnia collegia Universitatis mense hoc  
 Februario, instante præcipue Doctore  
 de Mouchy: insuper illi, qui ad castra  
 Calvinistarum transfugerant, citati sunt,  
 ut coram Universitate comparerent. De-  
 nique ut Universitas in sua petitione fir-  
 maretur, ac cuncta, quæ horum decre-  
 torum executioni obstare possent, tolle-  
 rentur, hinc statuit Universitas, Cleri,  
 atque



Sæcul. XVI. atque urbis Parisiensis auxilium implorandum, ut a Rege obtineret Literas regias, quas tamen magnus Regni Tabularius, seu Cancellarius regio Sigillo munire recusabat.

Accepta hac repulsa Rector libellum supplicem Regi porrexit, quo eum exorabat, quatenus Cancellarium hæc literas sigillo firmare, atque Oratoribus tradere juberet: itaque hæc literæ die vigesima tertia Octobris concessæ Parisiis fuerunt confirmatæ, eisque sequens præfigebatur titulus: *Mandata Caroli IX. Regis contra Universitatis membra, quæ a Catholica fide defecerunt.* Jam antea Parisiensis Senatus die decima tertia Julii edictum promulgabat, vi cuius prohibitum, ne illi, qui Catholicam Religionem non profiterentur, ad ullum officium, vel munus admittantur: insuper Rex alio quoque decreto die vigesima prima Augusti editum Universitati plenum jus tribuit, ut illos, qui publicis Religionis exercitiis, veluti supplicationibus &c. interesse recusabant, suis officiis amovere, eorumque loco alios requisitis dotibus ornatos sufficere posset.

§. XLIV.

*Sanctæ Theresiæ studium in restaurando Carmelitarum Ordine.*

Jam



Jam olim Eugenius Papa consultum  
 censebat, mitigare regulam Religio-  
 forum Carmelitarum, qui nomen suum  
 derivant a Monte Carmelo, in quo Ai-  
 mericus Sedis Apostolicæ Legatus in  
 Oriente illos Alexandri III. ætate in sæ-  
 culo duodecimo rursus (\*) in unum cœ-  
 tum

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1668.

Spond. an-  
 nal. hoc ann.  
 n. 29. Joan.  
 Bapt. Le-  
 zan anal.  
 ord. Carmel.

(\*) De horum Religiosorum origine Pala-  
 tius in vita Pii V. n. 18. hæc habet: *Castrorum  
 atque castorum Carmelitarum Mater Theresia  
 Virgo, quos anno ante Christum natum circiter non-  
 gentesimo trigesimo in Carmelo juxta Eliæ fontem  
 Elia, Eliseoque Ducibus primum congregatos cre-  
 dimus, quia septem Summi Pontifices ita loquuntur,  
 teste Suarez tomo quarto de Religionibus: con-  
 cordant Genebrardus, Trithemius, Rupertus  
 Abbas tomo primo in Cantica libro decimo ter-  
 tio. Ex antiquioribus Joannes Patriarcha  
 Hierosolymitanus de institutione Monachorum.  
 Eliæ sectatores fuere omnes Prophetæ posterio-  
 res usque ad Joannem Baptistam teste Am-  
 broσιο Libro tertio epistola vigesima quinta ad  
 Ecclesiam Vercellensem. Josephus libro decimo  
 octavo antiquitatum, teste Ferdinando Vellofilla  
 quæstione decima tertia ait, ante Christi ad-  
 ventum fuisse in deserto Judææ Collegium Es-  
 senorum more nostrorum Religiosorum, Et  
 Anachoretarum, qui sanctissimam ducebant vi-  
 tam, ab uxoribus abstinentes, quorum instituta*

tum



Sæcul. XVI. tum coadunabat: verum progressu tem-  
A.C. 1568. poris hic Ordo sensim tantopere a pri-  
 mævo suo fervore deflectebat, ut Sancta Theresia, quæ in Abulensi hujus or-  
 dinis

tum secutus est Joannes Baptista. Essenorum  
 adinstar Christum ipsum vitam composu-  
 suam volunt Serarius in Minervali libro quibus  
 to capite vigesimo sexto. Boulducus de Eccle-  
 sia: quinimo Zenclerus in descriptione terra  
 Sanctæ affirmat, tempore jejunii dierum, no-  
 tiumque quadraginta Jesum in Collegium con-  
 cessisse Essenorum. Alias si ab humano segre-  
 gatus commercio sibi conscius & jejunii, &  
 tentationis vixisset, nemo rem gestam evulgis-  
 set. Post Christum, perfectiorum (inquit Jo-  
 sephus Antiochenus sæculo ineunte secundo capite  
 duodecimo, & septuagesimo secundo) militum  
 Christi, id est, Apostolorum coadjutores sur-  
 xerunt strenuissimi viri solitarii, contemplati-  
 ni dediti, Sanctorum Prophetarum Elicæ, &  
 Elisei imitatores, qui de monte Carmelo de-  
 scendentes per Galilæam, Samariam, & Pa-  
 læstinam fidem Christi constantissime sparserunt,  
 quique in Virginis Mariæ honorem in Carmeli  
 montis declivio fabricantes oratorium Salvato-  
 ris Matri specialissime servierunt, perseverant-  
 rigidum institutum usque ad Sozomenum ipse  
 testatur Libro primo Historiæ Ecclesiasticæ ca-  
 pite duodecimo. Eusebius libro secundo Hist-  
 orie



fuit electus in dilucidandis antiquitati- <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 bus Ecclesiasticis operam suam navabat, <sup>A.C. 1568.</sup>  
 atque pro primo laboris sui fructu edi-  
 dit summorum Pontificum, & Cardi-  
 nalium chronicon, quod ipso inscio circa  
 annum Salvatoris nostri millesimum  
 quingentesimum quinquagesimum septi-  
 mum Jacobus Strada Mantuanus ejus  
 amicus typis edi curabat, paucis vero  
 post annis ipsemet Onuphrius illud longe  
 correctius iterato prælo subjecit, ac Pio  
 V. summo Pontifici Anno post Christum  
 natum millesimo quingentesimo sexage-  
 simo sexto nuncupavit: insuper idem  
 Pontificum vitas a Platina inchoatas a  
 Sixto IV. usque ad Pium V. prosequen-  
 batur, nec minus scribebat Chroni-  
 con Ecclesiasticum, aliumque tractatum  
 de Primatu Divi Petri: præterea vole-  
 bat integram Ecclesiæ Historiam, &  
 generales Pontificum, ac Cardinalium  
 annales edere; ast Farnesium Cardi-  
 nalem Panormum in Siciliam comitari  
 rogatus ibidem hoc anno Christi mil-  
 lesimo quingentesimo sexagesimo octavo  
 mortuus est, nonnisi annos triginta no-  
 vem natus: porro Corpus ejus Romam  
 translatum in Ordinis sui Ecclesia ad  
 Divum Augustinum sepultum est. Po-  
 steris pariter reliquit tractatum de ve-  
 teri ritu Baptizandi Cathecumenos, nec-  
 non de origine Baptizandi imagines:

*Hist. Eccles. Tom. XLVIII.* U Ad



dinis Monasterio in Castella patrio suo solo Monialis erat, suarum partium esse crederet, ut avitam disciplinam restaurare aggrediretur: ergo præprimis Monia-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.

*ria Ecclesiastica capite decimo sexto. Nulla tamen instituti norma scripto recepta, quam solum anno quadringentesimo duodecimo habere Carmelitæ, (cum ex Eliæ instituto varicæ prodirent regulæ, quas viri Sanctissimi discipulis observandas traderent, jamque S. Pachomii ab Angelis accepta per Ægyptum invalesceret, eamque Hieronymus in latinum traduxisset. Magni etiam Basilii regulam græca cenobia celebri plausu recepissent, Monachi Carmelitæ prisco Eliæ adhærentes instituto ne fortasse recentium admixtione ad nova deflecterent, hinc rogavit Caprasius eorum Præfectus Joannem Hierosolymorum Patriarcham ex Eliana professione Monachum, ut juxta quod observari viderat in Carmelo, antiquum Eliæ institutum literis consignaret, quod ipse fideliter præstitit sub imperio Honorii ad annum Salutis quadringentesimum duodecimum: hujus instituti dicuntur professores fuisse Thelesphorus, Dionysius Christi Vicarii, Romani Pontifices, quod confirmatum ab Alexandro III. Innocentio III. teste Tritemio de laudibus Carmelitarum viri Sanctissimi toto orbe diffusi, do-*

*ctrina*



Sæcul. XVI. niales ad veterem sanctimoniam revo-  
A.C. 1568. cat, eisque novum Monasterium Abu-  
 læ exstruit: dein vero etiam apud eju-  
 dem Ordinis Fratres pristinae discipli-  
 nae

*Strina, Sanctitate, martyrio coronarunt, prisa  
 retento rigore usque in annum millesimum qua-  
 dringentesimum trigesimum, quo deficiente pri-  
 mo fervore, Joannes Facius Prior Genera-  
 lis, ceterique Carmelite ab Eugenio IV. Pon-  
 tifice Maximo supplices impetrarunt, antiquum  
 mitigari rigorem in abstinentia a carnibus, je-  
 junii, silentii, Et solitudinis; quod ex huma-  
 na fragilitate priscum non possent subire rigo-  
 rem, donec virilis animi Virgo Theresia in  
 Hispania Avilæ nata Anno Salutis millesimo  
 quingentesimo decimo quinto non sine divini  
 Numinis providentia ceu Virum Apostatam  
 debellatura Lutherum, qui perniciosissimus se-  
 ctarum architectus turpissimis erroribus mun-  
 dum obtenebrabat, Religiosam obedientiam re-  
 laxando, claustra convellendo, diffractisque  
 concupiscentiæ repagulis locustas associavit in-  
 numeras, quæ carnali blandimento deciperent,  
 Et in animas semel irretitas insatiabili feru-  
 tate sævirent. In hoc monstrum Virgo imbe-  
 cillis non solum intrepida pro Christo stetit,  
 strenueque pugnavit, sed cœlesti consilio duas  
 supra triginta arces munitissimas construxit  
 fidelibus in refugium, hæreticis in terrorem;*



næ severitatem excitat, obtenta ad id **Sæcul. XVI.**  
 supremi Magistri Generalis facultate: **A.C. 1568.**  
 nam cum a nova fundatione, qua alterum  
 Virginum cœnobium in urbe Medinæ  
 Campi

in quibus exactissimus obedientiæ rigor, pudoris Virginei, ac flos illibatus castitatis, inviolabilis claustrî recessus, gloriosa servitus Christi, deliciae Spiritus intemeratæ, carnis mortificatio perpetua, avitæ fidei simplicitas, Deo donante regnarent. Sanctissimi Ordinis hæreditariam ab Elia successionem, & antiquitatem censuris atrocibus P. Daniel Papebrochius Societatis Jesu tomo primo Aprilis, pagina septuagesima septima, ibidem ad vitam S. Alberti: item in Propyleo antiquario parte secunda tomo secundo Aprilis, & veluti rem novam e concavo Lunæ una ortam nocte derisit, quod tamen non sine indignatione receptum ab ipsa Societate: si enim talia proferre licitum contra unam historiam, quam duodecim summi Pontifices, decreta sacrarum congregationum, innumeraque alia testimonia probabilem evidenter evincunt, nil solidum in historia consisteret, imo ipsius religiosissimæ Societatis Jesu fundamenta conciderent: hinc excitati Carmelitæ discalceati ad propulsandam injuriam libellum supplicem ad Romanum Pontificem, qui ex Apostolica providentia calamum Papebrochii falsum retunderet, & calumnio-



**Sæcul. XVI.** **A.C. 1568.** Campi erexerat, reverteretur, Dei immortalis nutu, ac consilio sibi obvius habebat duos Patres Carmelitas, qui ambo relicto Ordinis sui Instituto Charusianorum Religioni sese devovere meditabantur. Horum primus erat Antonius de Heredia Medinæ Campi Carmelitarum Prior, alter vero Joannes de Yepes, qui hodie sub Sancti Joannis a Cruce nomine ab universo orbe colitur: his igitur Sancta Theresia primam vocationem deserendi periculum ob oculos ponit, haud consultum affirmans, quod sub severioris disciplinæ obtentu ad alium Ordinem transitus fiat, cum tutius intra proprii Monasterii sui septa

*lumniosum. Ego utriusque Religionis studiosus, atque devotus, quæ orbem Sanctitate replent, atque doctrina, nullius in partes succedere audens concordiam opto, & pacem anhele. Addit Spondanus Contin. Annal. ad hunc annum uum. 28: de eo, qui primam regulam austeriorem tradiderit, video contraverti, cum tamen de Ordinis hujus antiquitate consentiant plerique omnes, qui rem diligentius scrutati sunt, originem eum sumpsisse ab Elia, & Elisæo Prophetis, de quo jam multa prodierunt scripta, proditurusque est brevi copiosus commentarius, qui omnem dubitationem tollat.*



Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.

invenire possent eandem vitæ austeritatem, ac disciplinæ reformationem, quam alibi juxta propriæ suæ voluntatis impulsu quærent, unde ipsius consilium sequerentur, præcipue, cum a summo Pontifice, ac supremo Ordinis Carmelitani Præposito arctiorem disciplinam denuo reducendi, necnon veteris regulæ disciplinam ad primævum suum splendorem revocandi facultatem obtinuisset.

§. XLV.

*Initia reformationis Carmelitarum  
Discalceatorum.*

Ambo hi Patres Carmelitæ lubenti animo Sanctæ Theresiæ consiliis a-  
quiescebant, omnino parati ad exequenda ea omnia, quæ ipsis præscribere vellet: itaque Theresia eos Vallisoleum, ut ibidem reformati Carmeli habitum induerent, quantocius ducit, & postea illos, ac præcipue Sanctum Joannem a Cruce Duruelum, seu Dorvelum exiguum Abulensis Diœcesis oppidum unacum Constitutionibus a se conscriptis transmittit. Hæc prima erant initia reformationis, quam Carmelitæ Discalceati profitentur, ita nuncupati, eoquod depositis calceis nudipedes incedant. Demum die trigesima Novembris Divo Andreæ Sacra,

Baillet vie  
des Saints  
15. Octobr.  
& 14. Dec.

X 3

quæ



Sæcul. XVI.  
A. C. 1568

quæ illo Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo octavo in primam Adventus Dominicam inciderat, primum restaurati Carmeli Monasterium Durueli erigebatur, cum Divi Petri Cathedralam moderaretur Pius V. summus Pontifex, qui horum consilium approbat. Postquam ergo novæ hæc Carmelitarum Discalceatorum soboles adveniant, Sanctus Joannes illarum Caput totam sequentem noctem in oratione cum eis absumebat, altera vero die, quæ erat Dominica, sacro solemniter peracto coram eis publicam severioris disciplinæ professionem emittebat, ac Deo tanquam unico suorum votorum scopæ, necnon Beatissimæ Virgini perpetue reformati Carmeli Protectrici, necnon Carmelitarum Generali tanquam suo Superiori pollicebatur, quod veterem Ordinis Regulam ad literam observare velit, quo etiam tempore nomen assumpsit Joannis a Cruce.

## §. XLVI.

*Congregatio Clericorum Sancti Majoroli, seu Somaschorum.*

*Spond. ann.*  
*hoc ann. n.*  
18.  
*Arg. Turtur*  
*vit. Paul. E.*  
*mil.*

Die sexta Decembris Pius V. Constitutionem edidit pro Congregatione, quæ circa Annum Domini millesimum quingentesimum vigesimum octavum in Orphanorum subsidium ab Hieronymo



ronymo Æmiliano Patritio Veneto in-  
 stituta, atque Anno reparatæ salutis  
 millesimo quingentesimo quadragesimo  
 a Paulo III. approbata fuit: porro hu-  
 jus Congregationis Religiosi primo ap-  
 pellabantur Somaschi, eoquod eorum  
 Parens variis ejusmodi Monasteriis tam  
 Venetiis, Bresciæ, Bergami, quam  
 alibi erectis tandem urbem Somascham,  
 quæ Bergamum inter, & Mediolanum  
 sita est, sibi elegisset, ut ibidem velut  
 Seminarium erigeret illorum, qui hoc  
 institutum amplecti desiderarent. Po-  
 stea vocabantur etiam Clerici Regula-  
 res Sancti Majoli, eoquod Divus Caro-  
 lus Borromæus eis Papiæ quamdam  
 Ecclesiam Deo sub invocatione hujus  
 Sancti sacratam concessisset unacum  
 celebri Collegio, cujus curam ipsis de-  
 mandabat. Ceterum quamvis primi  
 Sodales hujus Æmiliani nonnisi Laici  
 nec ullo religionis voto obstricti essent,  
 nihilominus Anno post Christum natum  
 millesimo quingentesimo quadragesimo  
 sexto Theatinis aggregari petebant, quod  
 etiam eorum precibus datum: cum ta-  
 men ob instituti diversitatem commu-  
 nis vitæ societate haud frui possent,  
 Paulus IV. eos a Theatinis Anno re-  
 paratæ Salutis millesimo quingentesimo  
 quinquagesimo quinto separabat, Pius  
 vero quartus eorum institutum Anno

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1568.

Heliot hist.  
 des ord. mo-  
 nast. t. 4.  
 c. 33.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo tertio confirmabat, quin eis adhuc permetteret, ut se solempni votorum sponsione obstringerent, nam hanc facultatem primum hoc anno a partu Virginis millesimo quingentesimo sexagesimo octavo a Pio V. impetrarunt, ab eodem jussi, ut tria solempnia vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ emitterent, sub regula S. Augustini, & in habitu clericali victuri, unde Clericorum regularium S. Majoli nuncupatio eis attribuebatur.

§. XLVII.

*Sancti Stanislai Kostkæ Jesuitæ  
Novitii obitus.*

*P. Orleans  
vie de ce  
Saint Bail-  
let 13. Nov.*

Hoc anno die decima quinta Augusti Patres Jesuitæ ex suis Novitiis Stanislauum Kostkam amiserunt. Hic cujusdam Poloni Senatoris filius in Rokoviensi arce die vigesima prima Octobris Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo in inferiori Polonia natus erat, cum vero decimum septimum ætatis annum, novem menses, atque octodecim dies numeraret, adhuc Novitius mortalitatem exiit. Obluctabantur vehementer illius parentes, ne Jesuitarum Societatem ingrederetur, hinc Stanislaus ad Cardinalis Commendonum, qui in Cæsaris



faris aula Pii V. Pontificis Legatus Sæcul. XVI.  
 erat, preces, opemque recurrebat: ast A C. 1568.  
 idem hic quoque Cardinalis Stanislai  
 parentes flectere desperabat, eapropter  
 juvenis Romæ agens ad Borgiæ Gene-  
 ralis pedes provolutus ab eodem ad  
 Novitiatum recipiebatur, in quo tem-  
 pore nondum expleto obiit. Hic idem  
 vitam suam ingenti morum innocentia  
 transigebat, quam etiam Deus pluribus  
 miraculis ad ejus invocationem patra-  
 tis testatam reddebat, quibus permo-  
 tus Benedictus XIII. illum paulopost  
 Sanctorum Albo inscripsit.

§. XLVIII.

*Scotiæ Regina e carcere dilapsa, at-  
 que in Angliam profuga.*

Postquam Maria Stuarta Scotiæ Regi- Buchan. hist.  
 na, quamvis in carcere detenta, Regn Scot.  
 plurimos sibi conciliaverat, tandem et Thu. hist. l.  
 iam uno circiter anno post captivitatem <sup>43.</sup>  
 suam auffugiendi opportunitatem nacta  
 est: tum vero Nobilium quam plurimi  
 ad ejus partes accesserant, horumque  
 ope suffulta scriptum promulgabat, in  
 in quo adversus subditorum suorum vio-  
 lentiam palam reclamabat, prout jam  
 supra meminimus. Eodem quoque tem-  
 pore ejus cellio tanquam irrita fuit de-  
 clarata ab illis, qui ejusdem studiis ad-  
 dicti Regni Nobilitatem repræsentare



Sæcul. XVI.  
A. C. 1568

credebantur: ideo intra decem dierum spatium septem armatorum millia contrahens in seditiosos movebat: verum Moravius Prorex cum quatuor duntaxat millibus conferto certamine Reginae copias die decima tertia Maji Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo sexagesimo octavo profligavit: cum ergo Maria ex eminenti loco certamen suorumque cladem conspiceret, arrepto festinanter itinere in Angliam contendit, atque ad hujus Regni fines delata Reginam de præsentis rerum suorum vicissitudine certior reddebat, se suamque sortem illius patrocinio committens.

Elisabetha, cum de responso Mariae reddendo diu deliberaret, tandem eadem exponi iussit, quod ad recuperandum illius Regnum libenter omnes suas vires impenderet, simul tamen illam rogaret, ne longius in Angliam progrediretur: quinimo eidem etiam adiunxit custodes, qui continuo ejus lateri adhærerent, adeo, ut semper capta esset, quamvis haud amplius carceri inclusa foret.

Paulopost Elisabetha in Scotiam Operatores ablegabat, qui de reducenda infelici Stuarta agerent: verum hi non nisi ignava manu hoc negotium urgebant: Maria vero ipsamet eo decernebat



bat percelebrem Hamiltonium ex illu-  
 strissimo Scotorum genere natum, ac  
 sui ævi Virum dexteritate nemini secun-  
 dum, quem tanquam supremum Regni  
 Vicarium nominans, eum veluti Pa-  
 trem suum adoptabat, quæ res antehac  
 nunquam audita est. Hamiltonius  
 antea quasi a patria sua exul, jam  
 ad eandem se tam honorificis præ-  
 rogativis auctum reverti posse summo-  
 pere gaudebat, nihil tamen sua exspe-  
 ctatione dignum in Reginæ obsequium  
 ibidem præstabat, cumque Maria in-  
 gentibus dissidiis Regni Proceres in An-  
 glia scindi cerneret, eorum quosdam  
 sibi conciliare nitebatur, ut occurrente  
 necessitatis fato eorum opem sibi præsto  
 haberet: nullo igitur negotio Norfol-  
 ciæ Ducem inter ceteros omnes magis  
 spectatum promissis nuptiis ad sua stu-  
 dia pertrahebat, cumque is dissimulare  
 nescius esset, palam Mariæ Stuartæ  
 partes tuebatur, acribusque verbis, ut  
 sibi accusationum capita contra Regi-  
 nam excogitata exhiberentur, a Mura-  
 vio Comite postulavit, cunctaque scri-  
 pta produci vehementer urgebat. Pri-  
 mo quidem Muravius oblectatus, paulo  
 tamen post Londinum profectus Elisa-  
 bethæ pollicebatur, quod Mariam in  
 iudicio accusare vellet, quam in rem  
 testes, atque argumenta adversus eam  
 pro-

Sæcul. XVI.

A C. 1568.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568

producebat: equidem Maria cum summo animi mœrore cernere cogebatur, quod Elisabetha adeo non ipsi offerre parata esset, ut etiam ipsius innocentiam, vitamque evidenti discrimini exponere non erubesceret, unde in amaras erumpebat querelas: cum autem Elisabetha hujus negotii decisionem ad aliud tempus remitteret, Maria hanc moram in rem suam vertens suam factionem numero, ac potentia firmare satagebat: re autem comperta moram Angliæ Regina, ut Mariam arctiori custodia detentam servaret, eandem ad Turburianam arcem abstrahi jussit (\*).

§. XLIX.

(\*) Mariæ Stuartæ historiam pro more suo Continuator ex infami Scriptore Buchanan, & Thuano concinnavit, ut vero rei veritas ex probatoribus Historicis Lectori comprobata reddatur, haud inconsultum erit addere ea, quæ hanc in rem Spondanus in suis Annalibus ad hunc annum num. 6. refert: *In his, inquit ipse, ceterisque ejus rebus, nulla fides habenda impio illi, & detestando Georgio Buchanan, qui adfuit in obsequio spurii Moravii, quippe quem & ipse Camdenus Anglus, quamvis pro Elisabetha agens, & a Religione Catholica alienus, scribit tamen fuisse in Moravii verba juratissimum, ejusque criminationum adversus Mariam compactarum libellum parum fedit.*



§. XLIX.

*Puritanorum Sectæ in Anglia origo.*

Sæcul. XVI.

A. C. 1568.

Quorumdam Scriptorum opinio est, quod hoc anno Puritanorum secta in Anglia suam originem habuerit: porro iidem eo nomine appellabantur, quia sese ceteris Calvinistis puriores esse falso jactitabant, ac præprimis

*Thu. hist. l.*

*Spond. ad ann. 1565.*

*Sander hæref. 221. Et*

*de schism. Angl. l. 3.*

dei tam apud Cognitores Eboracenses, quam apud Reginam ipsam Elisabetham invenisse, ut hominis partiarum, et fide promercali, remque ipse longe sincerius describens, aperte Mariam a calumniis vindicat, et quomodo Elisabetham a culpa in eam liberet, ægre invenit. De Duce vero Norfolcio, qui princeps cognitorum Eboraci erat, ait, cum Elisabetha causam inde ad se evocasset, ipsum ex animo lætatum esse, qui Reginæ Scotorum in successione juri semper impense faverat, et existimabat, nihil aliud tunc agi, quam ut æternæ infamie nota ei inureretur, indeque cum filiolo omni jure successionis in Anglia ut indigna excluderetur, veritum, si contra eam pronuntiasset, ne conscientie vim inferret, eamque pessumdaret: sin pro illa, ne implacabilem Elisabethæ indignationem, et omnium, qui a Scotorum Regina Religionis nomine, aut aliis de causis aversi erant, odium subiret, quod tamen, ut diximus, haud potuit cogitare, nec ipsam inde necem, tum malitia Moravii, tum Elisabethæ invidia, ut expressius

suo



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

disciplinam in Ecclesia Anglicana receptam, Liturgiam, atque Episcoporum auctoritatem in dubium revocare ceperant, eo quod hæc res usibus, ac Ecclesie Romanæ opinionibus nimium similes censerent, cunctaque ad Religionem spectantia ad Genevensis Ecclesie normam revocare molirentur: tanto enim odio illos omnes, qui eorum sectæ non adhærebant, ac præcipue Catholicos infectabantur, ut in his locis, quæ Catholico ritu unquam fuerant sacrata, orare renuerent, imo haud amplius pro Anglicorum Episcoporum more superpelicea, ut vocant, aut Mystras, vel talarem tunicam gestare volebant, unde eorum quidam Sampson nomine, cum cujusdam Ecclesie minister esset, annuis mille aureorum redditibus carere maluit, quam ceterorum Anglorum Calvinistarum more, habitum clericalem gestare, vel pileo quadrato uti. Postea horum secta ingentes prorsus tumultus variis temporibus in Anglia concitabat; quamvis enim Elisabetha Regina plures hujus hæresis fautores comprehendi juberet, nihil omnino

*suo loco explicabitur: cum interim & Moravia in Scotia, & hæc in Anglia nihil non egerint, quo res suas stabilirent, & Religionem Catholicam pessumdarent.*



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

ominus eorum partibus quamplurimi accedebant, inter ipsos etiam Episcopos, & Nobiles, qui hoc artificio Ecclesiasticorum bona sibi vendicare nitebantur, quinimo ipse etiam populus, qui semper insana aviditate novitates amplectitur, in Pontificis odium hisce Sæctatoribus favebat, nec minus ipsis patrocinium suum impendebat Huntingtoniæ Comes Cardinalis Poli Nepos tam illustris prosapiæ indignissimus. Ceterum Puritani omnes liturgias, ne quidem excepta ipsa oratione Dominica rejiciunt, diem vero Dominicam tanta Religione a Christianis, quam Sabbatum a Judæis observari volunt, omnemque traditionem condemnant. Præter hanc aliæ majoris momenti mutationes, ac variationes circa Religionem in Germania hoc anno non contigere.

§. L.

*Alberti Brandenburgici, Prussiæ Ducis obitus.*

Die vigesima Martii hoc anno Albertus Brandenburgicus, qui ex summo Ordinis Teutonici Magistro Prussiæ Dux creabatur, violata fide, qua Imperio obstrictus erat, tandem infelicem animam exhalabat, qui Prussiam ea lege obtinuit, ut Dantiscum, Thorunium, Marioburgum, & Elbinga Polonis relin-

Th. l. 40.  
p. 532.



Sæcul. XVI  
A. C. 1568.

linquerentur, reliquas vero urbes ipse  
tanquam Polonico regno obnoxias be-  
neficiario jure possideret. Postea inito  
connubio Augustanam confessionem am-  
plexus Regiomontii celebre Collegium  
erexit, suisque redditibus locupletavit.  
quamvis vero ibidem propter Osiandam  
sectam quidam postea tumultus fuissent  
fuscitati, nihilominus represso errore  
huic collegio pax reddita est. Demum  
ex culpa Ministrorum, quibus Alber-  
tus gravi senio pressus nimium defere-  
bat, sicut in religione, ita & in civili  
regimine omnia erant perturbata, huic  
tamen malo tam sua auctoritate, quam  
congruo remedio prospexit Sigismun-  
dus Augustus Poloniæ Rex, qui quos-  
dam ex præcipuis tumultuum Auctori-  
bus morte, alios autem exilio plesti-  
jussit. Denique Albertus plusquam  
octogenarius Tapiani e vivis excessit,  
postquam Prussiæ per quinquaginta an-  
nos imperaverat, atque exemplo ad-  
modum raro Anna Maria Brunsvicen-  
sis ejus uxor eodem, quo ipse Maritus,  
die obiit. Is suarum ditionum hære-  
dem nuncupabat Albertum Fridericum  
suum Filium nonnisi quindecim anno-  
rum juvenem, qui in Lublinsibus comi-  
tiis sui juris esse declaratus, & solitis, us-  
demque ritibus, quibus ejus Pater, ipse  
quoque Prussiæ Dux proclamatus est.

S. L.



§. LI.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

*Henrici Brunsvicensis mors, ejusque  
Filius Confessionem Augustanam  
amplexatus.*

Paucis Mensibus ipso Prussizæ Duce ju-  
nior erat Henricus Brunsvicensis,  
qui pariter die undecima Junii in sua  
Guelpherbytana arce supremam diem  
clausit. Hic totum vitæ suæ tempus  
tam domesticis, quam exteris bellis  
consumpsit, ubi amisit etiam Filios suos  
Carolus, & Philippum magnæ spei,  
ac fortitudinis juvenes, qui die nona  
Julii Anno restauratæ Salutis millesi-  
mo quingentesimo quinquagesimo tertio  
in pugna contra Albertum Brandebur-  
gicum inita occubuerunt, quibus vita  
functis Henricus ditiones suas reliquit  
alteri Filio nomine Julio, quem ex Ma-  
ria Wirtembergica uxore sua susceptum,  
cum ceteri ejus Filii adhuc vita super-  
stes essent, sacræ militiæ destinabat.  
Verum hic ipse Julius abdicata Majorum  
suorum religione, quamprimum  
ditionum suarum imperio potiebatur  
Augustanæ Confessionis nomen dedit,  
eamque per universum Ducatum suum  
promulgari jussit, simulque Joanni Lœr-  
beero, qui Ritterhusiani Monasterii una-  
leuca Brunsvico diffiti Abbas erat, au-  
ctor exstitit, ut & ipse hanc Confessio-

Thu. p. 524.  
l. 43.

*Hist. Ecclesiast. Tom. XLVIII. Y nem*



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

nem amplecteretur: unde hic Abbas  
ejus consilium secutus, avito Dei culto  
abolito Collegium instituit, atque uxore  
sibi jungens toto vitæ suæ tempore  
hanc Abbatiam usurpavit. Ad illius  
exemplum Everardus quoque Holler  
Verdanus Episcopus in locis suæ juris-  
dictioni obnoxiiis veterem Religionem  
Catholicam abrogavit, ibidemque Augu-  
stianam Confessionem recipi jussit.

§. LII.

*Christophori Ducis Wirtembergiæ  
extrema.*

*Thuan. l. c.*

Exeunte hoc anno Christophorus Wir-  
tembergæ Dux Stutgardiaë mortali-  
tatem exiit anno ætatis suæ quinquage-  
simo tertio. Hic Princeps linguarum  
ac humaniorum literarum peritia infi-  
gnis Viros eruditos summo in honore  
habebat: ast fortunæ inconstantiam pri-  
mo experiebatur sub Udalrico Patre suo,  
quamvis in adversis æque, ac prosperis  
eandem animi serenitatem semper im-  
motus præferret: porro is, antequam  
in Patris sui jura succederet, magna  
Francisco I. obsequia in Pedemontano  
bello præstitit, necnon præclara facie  
prudentiæ, ac fortitudinis specimina  
triginta tribus centuriis imperando edi-  
dit, quamvis tum nonnisi viginti duos  
ætatis annos numeraret: ast ingens erat

Con-



Confessionis Augustanæ Fautor, imo Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
illam quoque in Tridentino Concilio per  
suos Oratores eo decretos defendendam  
susceperat, eamque prius per suorum  
Theologorum libellos confirmari iusse-  
rat. Demum pace Imperio reddita ad  
suas ditones se recepit, tranquillæ  
vitæ otio sese dicaturus, præcipue Sa-  
crorum librorum lectioni incumbens.  
Reliquerat Filium nomine Ludovicum,  
qui ei quoque successit, ceteris omnibus  
masculis prolibus, quas ex Anna Ma-  
ria Brandenburgica uxore sua susceperat,  
ante ipsius obitum vita functis.

§. LIII.

*Bellum a Trevirensi Archiepiscopo  
inchoatum.*

Hoc item anno Trevirensis Archiepi- Th. 1. c.  
scopus in Germania bellum inchoa-  
bat, quod tamen brevi extinctum est:  
percipiamus autem illius occasionem.  
Prædecessores hujus Præsulis Urbem  
Trevirensis non modo in Sacris, sed  
& profanis plene sibi subjectam contem-  
debant, adeo, ut cives eis immotæ  
fidei homagium præstare adstringeren-  
tur, ipsis vero Archiepiscopis tributa  
imponendi, Senatum eligendi, urbis  
claves tenendi, ac sententias exequen-  
di, causasque criminales dijudicandi  
jura competere: ex adverso cives op-  
posi-

Y 2

posi-



**Sæcul. XVI.** positam consuetudinem, legitimamque  
**A.C. 1568.** præscriptionem, ac diuturnam possessionem allegabant. Itaque Jacobus Eltzius tum Trevirensis Archiepiscopus, ut sua jura armis tueretur, clam Mosæ fluminis beneficio belli tormenta ex arce sua Hermansteinia prope Cellam in Palatinatu sita adducere jussit, necnon Germanorum Equitum, quibus Antonius Eltzius ejus Patruus præerat, ope suffultus Trevires cinxit, civesque comeatu interclusit.

Equidem Curia Imperialis eidem præceperat, ut obsidionem solveret, nihilominus urbem a die decima Junii usque ad nonam Augusti cinctam tenebat: postea tamen ubi duo lumina in caelo præter morem apparebant, eorum conspectu Procerum nonnulli adeo terrebantur, ut hæc Phænomena magis, quam arma utrinque parata eos ad concordiam permoverent, ideo, cum Elector Palatinus Hermanum Eppingenum ad Archiepiscopum, civesque ablegaret, mox in has condiciones itum est. I. Præfulunacum militibus in urbem recipiatur. II. nullum de incolis damnus inferri caveat. III. vicissim cives cum suo Archiepiscopo eam ubique agendi rationem teneant, ut nullam ei querendi ansam præbeant. IV. Diffidia circa jura juxta consuetudinem



dinem in Imperio receptam componan- Sæcul. XVI.  
 tur: hac igitur ratione honorifice in A. C. 1568.  
 Archiepiscopi favorem tumultus fuere  
 sopiti.

§. LIV.

*Altemburgense Colloquium inter Lu-  
 theranos mitigatos, & rigidiores.* Thu. l. 43.

Cum Lutherani, quorum aliqui mol- p. 528.  
 les, alii vero *ridigi* appellabantur, Spond. l. e.  
n. 23.  
 continuo inter se in Saxonia, insuper-  
 habito silentio ipsis imposito digladi-  
 rentur, Joannes Guilielmus Saxonix  
 Dux eos, si posset, conciliare statuit;  
 unde utramque factionem die vigesima  
 prima Octobris Anno post Christum na-  
 tum millesimo quingentesimo sexagesi-  
 mo octavo Altemburgum Misnix urbem  
 convenire iussit, ipsis serio inculcans,  
 ut pacis spiritu animati, ac unice veri-  
 tatem investigandi studio accensi dispu-  
 tarent: verum certamine diu admodum  
 protracto rursus contendentes re infe-  
 cta, imo inter se majori adhuc odio,  
 quam antea flagrantibus discesserunt,  
 quamvis huic disputationi ipse Guiliel-  
 mus Dux præesset. Postea hujus col-  
 loquii acta publici juris fecerant, ve-  
 rum cum tanta verborum acerbitate,  
 tamque vehementi animorum conten-  
 tione, ut nullatenus malum imminuere-  
 tur, sed potius longe magis augeretur.

Y 3

§. LV.



Sæcul. XVI.

A. C. 568.

§. LV.

*Cracoviensis Synodus ementitorum  
reformatorum, & Pinczo-  
viensium.**Lubienieski  
hist. Ref.  
Eccl. Pol.*

Jam anno priori memoravimus Ser-  
niæ quodam minoris Poloniæ oppi-  
do Synodum fuisse celebratam, quæ  
tamen ad conciliandam doctrinæ con-  
cordiam omnino nihil contulit, unde  
Pinczovienses Theologi, ac Ministri, nec  
non Calvinistæ, ac spurii Evangelici  
rursus Cracoviæ Anno Christi millesi-  
mo quingentesimo sexagesimo octavo  
conventum habuere, ubi postquam diu  
multumque circa unionis stabiliendæ  
media altercatum, deliberatumque, qua  
ratione ex gemina hac secta nonnisi u-  
nica Ecclesia conflare, ac valide Catho-  
licorum Ecclesiæ obfisti possit, tandem  
in id consensere hæretici, ut nova se-  
dei norma conciperetur, quæ ab utra-  
que ementitæ Reformationis parte rata  
haberi posset: ea igitur plene eliminata  
Sigismundo Augusto Regi porrigebat-  
tur: sperabant enim hæretici, quod  
hic Princeps, cum antea conscientia  
libertatem Lutheranis, & Calvinistis  
concessisset, eandem quoque Pinczo-  
viensibus relicturus esset, hac eadem  
fidei professione permotus, utpote per  
quam utraque secta promiscue in unam  
Eccle-



Ecclesiam coadunata videbatur, ideo **Sæcul. XVI.**  
 spem conceperant, se obtenta hac con- **A.C 1568.**  
 scientiarum libertate haud amplius ab  
 officiis, ac dignitatibus generis sui No-  
 bilitati, meritoque debitis exclusum  
 iri: verum Regis Senatus oculo magis  
 perspicaci facile penetrabat, hanc fidei  
 formam omnino impiam esse, quocirca  
 intrepide eam rejecit unacum omnibus  
 illis, qui illam Regi porrigere non e-  
 rubescebant.

§. LVI.

*Alia Synodus Sandomiriæ habita.*

Hæc Regii Senatus repulsa hæreticos  
 non modo turbabat, sed etiam in-  
 ter ipsos novam excitabat diffensionem;  
 cum enim eodem adhuc anno Proce-  
 rum nonnulli, necnon Theologi, ac  
 Ministri colloquio Sandomiriæ instituto  
 quosdam sacræ Scripturæ articulos di-  
 scutare, ac statuta condere aggrede-  
 rentur, post diuturnam altercationem  
 in nullo articulo convenire poterant,  
 quapropter utrinque valde offensi sece-  
 debant, ac mutuis convitiis sese tan-  
 quam Phariseos, Saducæos, Judæos,  
 & Atheistas traducebant, omnesque  
 Ministri, excepto Zechovicio, fuere in-  
 terdicto subjecti, quamvis hujus poenæ  
 executionem quidam Pharmocopola,  
 nomine Simon, quem Pinczovienses hac

Y 4

in



Sæcul. XVI. in re eodem ferme cultu, ac olim Judæi  
A.C. 1568. Esdræ post suam a Babylone reditum  
 venerabantur, sua auctoritate, atque  
 industria præpedierit, omnesque Mi-  
 nistros pro sui muneris exercitiis cape-  
 ces reddi procurarit: verum Regnante  
 Sigismundo hæretici in sua petulantia  
 eo processerant, ut Pinczoviensium, ac  
 ceterorum Christi Domini Divinitatem  
 negantium factio, si ceteris potentior  
 non fuit, saltem Calvinistis æque, ac  
 Catholicis ingentem terrorem incute-  
 ret, eoquod præter quamplurimas Ec-  
 clesias Cracoviæ, Lublini, Pinczoviæ,  
 Novogrodii, Racovici, ac extra urbes  
 in villis erectas, insuper quamplurimos  
 generis nobilitate conspicuos sibi ad-  
 dictissimos numeraret.

## §. LVII.

*Spuriorum Reformatorum consultatio  
 contra Blandratum Vissenburgi  
 habita.*

*Lubien. l. c.* **T**anto Pinczoviensium progressu adul-  
 terini reformati haud parum ter-  
 riti sæpius adhuc nova concordie me-  
 dia arripere tentabant, ac præprimis  
 præsentem ipso Principe aliud haberi col-  
 loquium postulabant, ut sese Blandrato  
 opponerent, qui suis artibus novæ huic  
 sectæ auctoritatem conciliare nitebatur:  
 itaque ejusmodi colloquii facultas ipsis  
 datur,



datur, illudque die octava Martii Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octavo Vissemburgi, seu Albæ Juliæ instituitur, atque ad decem omnino dies protrahitur; ubi comparuerat ipsemet Blandratus, comitantibus eum Francisco Davide, Basilio Claudiopolitano Ministro, Demetrio Hunniada, Paulo Julio, Joanne Sinnigo, Morosino, Martino Albano, Benedicto Quartio, & Gregorio Vagnero, qui omnes in existimatæ reformationis Ecclesiis Viri erant conspicui; præprimis vero Blandratus contra Sanctissimæ Triadis Mysterium, Christi Domini Divinitatem, ejusque duplicem in una Persona naturam ibidem disputabat, suasque propositiones, contra suos adversarios tam valide tuebatur, ut Princeps, & Regiæ Aulæ Proceres eidem palam applaudent.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.

§. LVIII.

*Continuata Michaelis Baji causa.*

Interea immoto studio semper causa Michaelis Baji in Belgio urgebatur; postquam enim Morillonius generalis Vicarius tam hujus Doctoris, quam focii ejus Hesseli libros intercipi jusserat, idem ineunte hoc anno Domini millesimo quingentesimo sexcentesimo octavo Fratres Minores utriusque hujus Doctoris

*Op. Baji tom. 2. p. 71, num. 198.*



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

ris erroribus addictos subigere aggrediebatur, hancque ob rem Patrem Aversam eorum Commissarium in Belgiiis adesse iussit, eique præcepit, ut omnibus suæ Provinciæ Religiosis, ne deinceps propositiones per Bullam Pii V. damnatas propugnarent, penitus prohiberet, ac statim sui Ordinis Ministrum Generalem, quamprimum is in Belgium adventasset, ad ipsum Bruxellas conduceret, ut unacum Sanctitatis suæ mandatis Bullam eidem significare posset, eo fine, ut eam ipse in omnibus sui Ordinis Conventibus observari mandaret: insuper idem Vicarius Generalis Fratrem Petrum Lupum, ejusque Professore præsentem sanctæ Gundulæ Parocho tanquam Notario accersiri voluit, eisque idem interdictum significabat, cui etiam illi summa submissione acquiescebant, polliciti, quod damnatas propositiones haud amplius propugnare vellent: quapropter hac de re die decima Januarii scriptum testimonium tradebant. Cuncta hæc hucusque gesta Morillonius ad Cardinalem Granvellanum referebat, data epistola Bruxellis die vigesima Junii Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octavo: ubi tamen addidit, quod circa ceteras Fratrum Minorum Provincias expectari posset ad-



adventus Patris Angeli Averfæ Com-  
 missarii, cui data est potestas, ut nul-  
 lum superiorem nisi a Baji sententiis  
 alienum ad quodcunque officium ad-  
 mitteret.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1568.

§. LIX.

*Morillonius Bajum accedens, ejusque  
 cum ipso colloquium.*

Mense Majo Morillonius Cardinalis  
 Granvellani, quas acceperat, lite-  
 ras Ravesteinio, Janfenio, & Bajo trans-  
 mittere jubebatur: itaque hanc obrem  
 ipse ineunte Mense Junio Lovanium  
 contendit, hosce Doctores invisurus.  
 In hoc colloquio Bajus, quod indicta  
 causa condemnatus fuisset, quereba-  
 tur, simul hæc addens: „articuli per-  
 „peram sunt extracti, prout facile con-  
 „stare potest, si illi cum libro meo con-  
 „ferantur, imo eorum nonnulli in Bul-  
 „la continentur, quos tamen nunquam  
 „docui: insuper Pontificio diplomate  
 „deciduntur articuli semper inter vete-  
 „res controversi, unde timendum, ne  
 „contra hanc damnationem aliquando  
 „nonnulli calamos suos acuant., Ad  
 „hæc Morillonius: „miror, quod hæc  
 „proferre audeas, tantamque animi ve-  
 „hementiam ostendere præsumas. Post-  
 „ea idem Vicarius denuo eas, quas an-  
 „tea Bajus exposuit, querelas refel-  
 „lens

*Lettr. de  
 Morill. a  
 Granvell.  
 20. Juin.  
 1568. Bajan.  
 t. 1. p. 71.*



Sæcul. XVI „lens hæc subjunxit: ipsemet liber tuus  
A C. 1568. „contra te clamat, hinc sufficit illum  
 „perlegere; clara enim sunt illius ver-  
 „ba, fatisque tuam doctrinam indi-  
 „cant: quod autem articulos exinde  
 „perperam depromptos esse dicas, an  
 „verum sit, ex Bulla, & libro tuo con-  
 „stabit: immerito autem quereris, quod  
 „hæc Bulla propositiones, quæ tuæ  
 „non sunt, contineat; id enim potius  
 „in causæ tuæ favorem factum est, in-  
 „deque patet, quod hoc diploma non  
 „contra te solum fuerit editum, prout  
 „ibidem fat manifeste declaratur: por-  
 „ro circa illos articulos, qui omni tem-  
 „pore inter Theologos erant contro-  
 „versi, sum certus, sacræ Sedi fat co-  
 „gnitum fuisse, quid vel non damnare  
 „debeat, insuper aliunde fateri cogaris,  
 „quod tua doctrina a Facultate Theo-  
 „logica Parisiensi, necnon ab omnibus  
 „Hispaniæ Universitatibus, atque etiam  
 „a pluribus Romanis Doctoribus fuerit  
 „proscripta: quinimo tua doctrina non-  
 „nullis Tridentinæ Synodi Patribus of-  
 „fensionem fuit, prout ipsemet in præfato  
 „Concilio testati sunt.„

His propositis demum Morillonius  
 Bajum vehementius redarguebat, cum  
 dixisset, quod aliquando nonnulli  
 suos calamos adversus hanc Bullam a-  
 cuere possent: unde eidem exposuit,  
 horum



Sæcul. XVI.

A. C 1569.

horum temeritatem ipsius culpæ impu-  
tatum iri, siquæ scripta contra hoc di-  
ploma in lucem ederentur, unde fieret,  
ut ipse sibi exitium pararet, & summus  
Pontifex hoc ausu summopere irritare-  
tur, prout facile sibimetipsi persuadere  
posset. Postea multis aliis sermonibus  
ultro, citroque habitis Bajus Morillo-  
nio fidem fecit, sibi haud notum esse,  
utrum nonnulli suos calamos contra  
hanc Bullam stringere vellent, ipse vero  
se id nunquam facturum pollicebatur,  
imopotius, impediturum eos, qui ejus-  
modi scripta evulgare meditentur, si  
id per ejus vires liceret. Facta hac spon-  
sione Bajus demonstrare nitebatur, quod  
ex suis propositionibus plures proscribi  
haud potuerint, quin simul Ecclesiæ  
Patrum doctrina damnaretur, quam in  
rem quædam sancti Augustini testimo-  
nia allegare cæperat: verum Morillo-  
nius illum tempestive interrumpens re-  
spondit: „non huc veni, ut de tua do-  
ctrina judicem agam, vel tuam re-  
sponsonem hac super re excipiam:  
„de cetero autem Regis voluntas, ac  
„consilium est, ut in omnibus ditionum  
„suarum Universitatibus ubique eadem,  
„ac consona doctrina, docendique me-  
„thodus observetur, nullaque opinio-  
„num dissensio toleretur.„ His dictis  
Vicarius Generalis ex Bajo sciscitaba-  
tur,



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568. tur, utrum resilire velit a primo proposito, quo se obtemperaturum proponit summo Pontifici, qui omni ætate tanquam solus doctrinæ Judex habebatur, cujus quoque judicio quilibet probus Christianus sese submittere tenetur. Ad hæc Bajus nil hæsitans respondit: „quamdiu vixero, me obedientiæ Filium exhibebo, idque semper ore, & corde profitebor, semperque in hac voluntate perseverabo.” Hoc testimonio contentus erat Morillonius, cui tamen injunctum est, ut Bajum ad disertam proscriptarum propositionum ejurationem induceret: verum in hoc colloquium diutius protrahere haud voluit, prout ad Cardinalem Granvelanum perscribebat his verbis: *cum ipsum scilicet Bajum summo dolore, ac penitentia obrutum cernerem, ipsi abjuratorem proponere, aut ipsum a me dimittendum prius petita absolutione haud consultum mihi tum videbatur, quamvis reipsa omnino a censuris absolvi indigeret: verum quantum hominum animi tantopere sunt agitati, fortius est aliquamdiu id differre, quam magis irritare, vel exacerbare.* Data est hæc Morillonii epistola die vigesima Junii.



§. LX.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

*Bajus quadragesimam quintam propositionem innovasse accusatus.*

Eodem anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo octavo die vigesima sexta Novembris in fine cujusdam disputationis Theologicæ, in qua Mathias Hovius, Collegii Pontificii Burfarius Michaelè Bajo Præside, respondebat, actumque erat de ratione Sacrificii, Cunerus Petri exprobat eidem Michaeli Bajo, quod propositionem novissime per Pii V. diploma damnatam numero quadragesimam quintam innovasset: porro ea propositio erat hæc: *Sacrificium Missæ non alia ratione est Sacrificium, quam generali illa, qua omne opus, quod fit, est, ut sancta Societate Deo homo inhæreat.* Id ipsum etiam Jodocus Ravesteinius palam confirmabat: accusabatur itaque, quod oblationem pro Sacrificio necessariam auferret, & duntaxat Missæ sacrificio attribueret generalem quandam rationem, qua omne opus, quod fit, ut sancta societate Deo homo inhæreat, Sacrificium dici potest: ut ergo Bajus hosce duos adversarios scriptis suis convinceret, suamque fidem contra horum criminationem vindicaret, ad illos plures dedit epistolas, quæ postea unacum  
utrius-

*Bajana inter op. Baji t. 2. p. 198.*

*Baji oper. t. 1. p. 168.*



Sæcul. XVI.  
A.C. 1568.

utriusque Doctoris responsionibus publici juris factæ sunt sub hoc titulo: *Michaelis Baji Collatio cum Jodoco Ravestejn, & Cunero Petri, Lovaniensis Academiae Doctoribus Theologis, de Sacrificio Missæ.* Primæ hæc literæ erant scriptæ die Sabbathi post festum S. Catharinae, quod incidebat in vigesimam quintam Novembris diem; posteriores vero feria quinta post S. Andreæ festum die secunda Decembris datæ erant, atque ambæ habentur in collectione operum Baji, ubi Auctor ea, quæ in sua thesi ac disputatione protulerat, vindicare nititur. Ceterum hic idem Matthias Hovius, qui eandem thesin propugnabat, postea Mechliniæ Parochus ad Divum Petrum, necnon Archidiaconus, ac denique Mechliniensis Archiepiscopus creabatur, suoque ævo celeberrimis Verbi Divini Præconibus merito accensebatur.

## §. LXI.

*Pontificis Bulla a Franciscanis recepta.*

*Op. Baji*  
*t. 2. p. 147.*

Cum disputationes circa Baji doctrinam exortæ etiam inter ipsos Fratres Minores dissensionem suscitarent, Leodius, quamprimum in Provincialis officio Patri Panino Baji Doctoris amico fuerat subrogatus, mox ad Nivel-

lenfia



lenfia comitia Guardianos, & cuiuslibet conventus Deputatos ex sua Provincia convocabat, eisque summi Pontificis decretum significans præcepit, ut septuaginta sex illos articulos per Bullam damnatos ejurarent. Huic mandato quantocius Religiosi tam suo, quam omnium suæ Provinciæ Fratrum nomine obtemperabant: verum Bajus se undique oppugnari, ac quamplurimos in se adversarios accersiri cernens, pro tuenda sua caussa calamum arripere, omnino necessarium duxit. Ergo doctrinæ suæ apologiam contra Papæ Bullam concinnat, eamque die octava Januarii Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono Romam transmittit, unacum literis ad summum Pontificem datis, quas Cardinali Simonettæ sibi in Synodo Tridentina probe cognito inscripsit. Erat epistola his concepta verbis.

Sæcul. XVI  
A. C. 1569.

§. LXII.

*Baji epistola unacum apologia ad Papam transmissa.*

Beatissime Pater!

„Jam annus est, quod nobis exhibitæ  
„sunt literæ Beatitudinis vestræ  
„plumbeo sigillo munitæ, datæ Romæ  
„Calendas Octobris anni millesimi quingentesimi sexagesimi septimi, quibus  
„dam-

*Bajan. t. r.  
p. 198. 679.*

*Hist. Eccles. Tom. XLVIII.*

Z „dam-



Sæcul. XVI „damnabantur septuaginta sex senten-  
 A.C. 1569 „tiæ, quarum literarum copiam neque  
 „hic, neque Romæ obtinere potuimus.  
 „Sententiæ damnatæ per hanc inferio-  
 „rem Germaniam passim habentur, &  
 „circumferuntur. Metuimus, ne quæ  
 „vestræ Sanctitatis existimationi detræ-  
 „hant, non tantum propter manifestas  
 „calumnias, quæ videntur in eis con-  
 „tineri, sed etiam propter verba, &  
 „(ut apparet) etiam sensus quosdam  
 „sanctorum Patrum, qui in iis damna-  
 „videntur, nam regio hæc propter im-  
 „portunitatem hæreticorum multos hæ-  
 „bet longe magis Scripturis sacris, &  
 „veterum Patrum sermonibus assuetos,  
 „& addictos, quam Doctorum Scho-  
 „lasticorum: qui forte existimantes non-  
 „nulla in Scriptis Sanctorum Patrum  
 „contenta propter eos damnari, qui  
 „nonnisi sensibus, & verbis Doctorum  
 „Scholasticorum assueverunt, scandali-  
 „zabuntur: quapropter visum est, ipsas  
 „sententias simul cum iis, quæ nos mo-  
 „vent, Beatitudini vestræ (cujus ju-  
 „dicio omnia subjicimus) transmittere,  
 „ut iis consideratis facilius dispiciat,  
 „ac judicet, utrum jam dictas literas  
 „tanquam legitimas, & sufficienter di-  
 „scussas habere velit, an tanquam sub-  
 „reptitias, ac per quosdam bonorum  
 „virorum æmulos importunitate magis,  
 „ac



„ac arte, quam ratione obtentas. Deus Sæc. XVI.  
 „Beatitudinem vestram diu Ecclesiæ A.C. 1569.  
 „suz fervet incolumen. Lovanii octa-  
 „va Januarii: anno millesimo quingen-  
 „tesimo sexagesimo nono.

Beatitudinis vestræ ad  
 oscula pedum.

§. LXIII.

*Summa apologiæ Bajanzæ.*

Porro Bajus in sua apologia admodum *Op. Bajl*  
 proluxa unice eo collimasse videtur, *p. 80.*  
 ut ostenderet, quod in sua doctrina sen-  
 sus vere Orthodoxus contineretur, jux-  
 ta quem ejus propositiones propugnari  
 possent, eoquod voces consonarent  
 sanctorum Patrum verbis, atque ipse-  
 met eas haud alio in sensu enuntiaf-  
 set, prout ipsemet Papa in sua Bulla  
 diserte testatus videbatur. Ceterum  
 huic apologiæ sequens est titulus: *sen-*  
*tentiæ per Sanctissimum Dominum Nostrum*  
*Pium V. Romæ Calendis Octobris anni*  
*millesimi quingentesimi sexagesimi septimi*  
*dannatæ: adjecta explicatione tum earum,*  
*quæ non tantum verbis, sed etiam in alio*  
*sensu expressæ sunt, quam in iis libellis*  
*habentur, ex quibus significantur excerptæ:*  
*tum quæ ad alium sensum torquentur,*  
*quam habent libelli; tum etiam quæ forte*  
*cuipiam non immerito videantur non sa-*  
*tis fuisse discussæ.*

Z 2

Eodem



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

Eodem anno die decima sexta Martii Bajus alteram, sed longe magis succinctam apologiam transmisit, rursus Simonettæ Cardinali inscriptam unacum epistola, quæ veluti præfatio est: verum hic Cardinalis jamjam morte ereptus erat, priusquam hæc scripta Romam pervenirent: porro Bajus in hac apologia præprimis hæc ad Simonettam perscribebat: „Id, quod scribere constitui, non tantum meam estimationem, sed etiam sanæ doctrinæ conservationem, necnon Sedis Apostolicæ honorem tangere videtur: his igitur rationibus unice adductus non me continui, quin rem paucis aperirem. Ante annos octodecim, cum primum cœpi publice, & quotidie juxta Petri Lombardi, & quorundam Scholasticorum institutiones sacram Theologiam in Scholis nostris profiteri, partim ob hæreticos, qui nihil audire volunt, nisi Scripturam sacram, & veterum dicta sanctorum, novam docendam methodum inveni, non nisi sacros Codices, & primorum sæculorum Patres secutus, quos hodierni etiam hæretici quodammodo venerantur: ad hoc me etiam induxit consortium cum optimo quodam, & eruditissimo viro Joanne Hessels, sacræ Theologiæ Professore, qui eandem docendi

„nor-



„normam sequebatur in lectione, quam  
 „nunc plusquam octodecim annos con-  
 „tinuos Deo me confortante quotidie  
 „prosecutus sum, ut eo validius er-  
 „rores impugnare possem. „

Sæcul XVI.  
 A.C. 1569.

Pius V. Pontifex hæcse Baji a-  
 pologias sine animi sui mœrore  
 recepit, nec ægre tulit, quod tanti  
 meriti Doctor sincera fide se vindicare  
 niteretur: ut igitur eidem omnem que-  
 rendi ansam eriperet, ejus opera novo  
 examini subjici consensit: ergo omnes  
 illius libri rursus Romæ sedulo discuti-  
 untur, sed rursus Papæ judicium con-  
 firmatur: quapropter Pius V. hac de  
 re Bajum sequenti diplomate per Car-  
 dinalem Granvellanum ad Morillonium  
 transmissio certiore reddidit.

§. LXIV.

*Pii V. Pontificis diploma ad Bajum.*

„Dilecte Fili salutem, & Apostolicam  
 „benedictionem. Quamvis ea,  
 „quæ super libro, & propositionibus ad  
 „nos missis per literas nostras Aposto-  
 „licas sub plumbo superioribus diebus  
 „decrevimus, atque statuimus, non sine  
 „matura deliberatione, & consideratio-  
 „ne a nobis decreta, statutaque fuerint,  
 „quemadmodum & ipsius causæ gra-  
 „vitas, & hominum alioquin de hac  
 „sancta Sede Apostolica bene merito-  
 „rum



Sæcul. XVI.

A C 1569.

„rum conditio postulabat, tamen nos  
 „omnem novarum querelarum causam  
 „auferre volentes, simulque postulatis  
 „vestris satisfacere cupientes manda-  
 „vimus, ut & libri, & ipsæ propositio-  
 „nes, & scripta vestra, proxime ad nos  
 „missa, diligentissime, & accuratissime  
 „iterum considerarentur, & perpende-  
 „rentur; quibus omnibus mature ad-  
 „modum consideratis, quæ super hoc  
 „ipso jam decreveramus, nisi antea a  
 „nobis decreta fuissent, eadem, prout  
 „facimus, de integro decernenda, sta-  
 „tuendaque esse judicavimus: itaque  
 „tibi, & ceteris prædictarum propositio-  
 „tionum assertoribus, ac defensoribus  
 „pro earum assertione, & defensione  
 „perpetuum silentium imponimus, vos-  
 „que tanquam nostros, hujusque sanctæ  
 „Sedis obsequentissimos filios in Domino  
 „hortamur, ut his, quæ nunc vestra,  
 „atque omnium Christi fidelium Ma-  
 „ter, ac Magistra præcipit, & jura de-  
 „cernunt, sine ulla recusatione obtem-  
 „peretis, eaque omnia faciatis, quæ  
 „dilectus filius Maximilianus Arien-  
 „sæ Ecclesiæ Præpositus, venerabilisque  
 „fratris nostri Archiepiscopi Mechlinien-  
 „sis Generalis Vicarius vobis facienda  
 „proponit. Erit hæc vestra erga nos,  
 „sanctamque hanc Sedem reverentia  
 „dignum obsequium, nobisque præter-  
 „ea



„ea gratissimum. Datum Romæ apud Sæcul. XVI.  
 „sanctum Petrum, sub annulo Piscato- A.C. 1569.  
 „ris, die decima tertia Maji: anno mil-  
 „lesimo quingentesimo sexagesimo no-  
 „no: Pontificatus nostri anno quarto.

§. LXV.

*Bajus post acceptum diploma a Mo-  
 rillonio ad abjurationem  
 adductus.*

Itaque juxta hujus diplomatis teno- Op. Bajii  
 rem Morillonius Bajum Bruxellas p. 138. 129.  
 venire jussit: comparet ergo etiam hic  
 Doctor die vigesima Junii, cui etiam  
 Morillonius Pontificium diploma tradi-  
 dit unacum epistola, quam simul Gran-  
 vellanus Cardinalis ad eundem perscri-  
 pserat. Bajus cum ipse diploma per-  
 legeret, ac Cardinalis epistolam ab alio  
 recitari perciperet, attonitus hæsit,  
 cum ipsius ad sacram Sedem appellatio  
 criminis loco haberetur, ibidemque de-  
 claratum esset, quod censuris, atque  
 irregularitate irretitus foret: id equi-  
 dem Bajo mirum videbatur, magis  
 tamen ipsius admiratio augebatur Mo-  
 rillonii responso; hic enim Vicarius ge-  
 neralis ipsi identidem obedientiam, ac  
 submissionem erga sacram Sedem incul-  
 cabat. Bajus quoque verbis obedien-  
 tiam profitebatur, atque auctoritati ce-  
 dens a censuris, quas incurrisse credebatur,



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

tur, absolvi efflagitabat, flexisque genibus absolutionem præstolabatur, quam tamen ei impertiri renuebat Vicarius, priusquam propositiones a Papa scriptas ejuraret. Reposuit Bajus, quod huic postulato cedere haud posset, antequam ipsi Pontificiæ Bullæ exemplar traderetur, eoquod ibidem dictum esset, quod *nonnullæ ex ejus propositionibus aliquo pacto sustineri possent in rigore, & proprio verborum sensu ab assertoribus intento.* Itaque Morillonius hujus petitionis importunitate exacerbatus reposuit, quod Pontifex nunquam permittitur sit, ut ei Bullæ exemplar traderetur, ergo Bajus huic repulsæ acquiescere coactus duntaxat reposuit, rem componi posse, si Papa significare vellet, quales propositiones omnino damnandas, quasve in rigore, ac proprio verborum sensu tolerandas censeret: verum Morillonius generali, nullisque conditionibus restrictæ ejurationi semper insistebat: quapropter Bajus hac firmitate nonnihil commotus inconsulto dicebat: „probe conspicio, „quod hæc Bulla sit Cardinalis Granvellani opus, totumque hoc negotium „potius ab ipso, quam a Pontifice procedat: „ His dictis Bajus mox ad innatam suam mansuetudinem reuersus suam temeritatem coram Morillonio excu-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

excusabat, necnon a censuris absolvi petebat, quin tamen adhuc de ejuratione mentionem faceret: Vicarius tamen id constanter renuebat, postulans, ut Bajus errores suos ejuraret: cum autem id obtinere non posset, petiit ex Bajo, an contentus esset, si sanctæ Gudulæ Parochus intraret. Annuit hic Doctor, hinc Morillonius huic Parocho exposuit difficultates, quibus Bajus a petita palinodia absterreretur, ac præpediretur: verum Parochus responsi loco nonnisi suspiria edens Bajum, tanquam contumacem deplorabat, postea autem auctoritate, qua pollebat, eidem exprobrabat, quod insolita esset ipsius pertinacia, cum tamen ejus propositionibus a summo Pontifice condemnatis sese submittere teneretur, atque adstringeretur ad majorem obedientiam Sanctitati suæ exhibendam, ac ejus Baccalaurei ipsi tanquam Doctori deferre obligarentur. Morillonius Bajum, quem hisce objurgationibus exacerbari viderat, placaturus eidem pollicitus est, quod ipsi Bullam ostendere vellet, cum autem postea illam se præsto non habere diceret, eam quæsiturus discessit, eo potissimum fine, ut soli Parocho colloquendi libertatem Bajo relinqueret: reversus autem post quartam horæ partem Morillonius Doctorem omnino sub-

Z 5

missum



Sæcul. XVI. A.C. 1569. missum reperiebat; tum enim Bajus declarabat, quod Bullam, etsi illam non recepisset, haud amplius discutere, sed absque omni exceptione obtemperare vellet.

Demum in genua procumbit, ac Vicarius generalis ejus revocationem accipit, & Baji manus suis inflectens illum a censuris, quas incurrisse credebatur, liberat, eumque pristinis honoribus restituit, prout ex actis ad Cardinalem transmissis elucet: verum Bajus huic abjuratiōni nomen suum apponere semper recusabat, eoquod huic subscriptioni perpetuæ infamiae labellet annexa, prout Morillonius ad Cardinalem in alia quadam epistola die decima quarta Augusti data significabat. Ea res religioso premebatur silentio, totumque negotium inter solum Vicarium Generalem, & Bajum, necnon sanctæ Gudulæ Parochum conficiebatur: porro huic summa taciturnitas commendatur, qui etiam, cum Vir esset prudens, ac circumspectus, hanc conditionem lubenter in se suscepit. Cuncta hæc desumpta sunt ex prolixis Morillonii literis ad Cardinalem Granvellinum eadem die, qua hæc gesta fuerunt scriptis.



§. LXVI.

Sæcul. XVI.

A.C. 1569.

*Decretum a Provinciale Fratrum Minorum circa Pii V. Bullam editum.*

Anno priori Fratrum Minorum Superioriores in comitiis Nivellensibus decretum condiderant, vi cujus Pontificis bullam promulgari, erroresque ibidem proscriptos ejurari præcipiebant, cum autem Fratres Minores se ad hujus sanctionis custodiam non adstringi censerent, hinc Julianus de Quercu in Flandria Minister Provincialis hoc anno salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo nono die prima Septembris novum edidit decretum, quod ad omnes Provinciæ suæ Guardianos transmisserat. Erat illud hujus tenoris:  
 „Tam Sacerdotibus, & Clericis, quam  
 „Laicis capitulariter congregatis, legantur præfati articuli cum suis censuris, quibus lectis Pater Guardianus, postquam prior ipse abjuraverat, jubebit, ut quilibet publice, & alta voce abjuret, promittatque traditurum ante viginti quatuor horas post abjuratiorem factam omnia scripta, si quæ penes se, vel alibi habeant, Magistri Michaelis Baji, nullam denique se facturum querelam propter defensionem dictorum Articulorum, aut eorum, qui

*Op. Baji t. 2. p. 147. § 199.*



Sæcul.XVI. „qui eos quandoque docuerunt, aut de  
A.C.1569. „fenfarunt, sed operam daturum paci  
 „Provinciæ, quæ aliquoties turbata  
 „fuit propter illam doctrinam. Et post  
 „quam singuli abjuraverint, & hæc pro-  
 „miserint, Guardianus conficiet literas  
 „hæc, & singula omnia continentes,  
 „quas muniet Sigillo Conventus, &  
 „syngrapha sua cum adnotatione an-  
 „ni, mensis, & diei, sicque clausas  
 „tradet nobis, quo citius poterit, omni  
 „fraude seclusa. Necessum autem erit  
 „ut sibi quisque prospiciat, ne post hæc  
 „acta ullo modo recidat in illam do-  
 „ctrinam, aut in aliquem ejus articu-  
 „lum: haberetur enim pro relapso, &  
 „dignus esset pœnis juris, & in Bulla  
 „Sanctissimi Domini contentis, quæ tra-  
 „les sunt, ut propter crimen hæresis  
 „mereatur projici ab ordine, omni Ec-  
 „clesiastico præsidio spoliatus, & tradi  
 „justitiæ sæculari mulctandus extremo  
 „supplicio. Et quoniam non solum is  
 „qui recidit in doctrinam damnatam, &  
 „abjuratam, sed etiam, qui favet per-  
 „sonæ hæreticæ, eam recipiendo, mit-  
 „tendo munera, defendendo quomodo-  
 „libet, singularem amicitiam osten-  
 „dendo, censetur esse relapsus, vigi-  
 „landum erit, ne quid horum per vos,  
 „vel per aliquem vestrum committatur  
 „ne, quod absit, in notam relapsus ve-  
 „niatis.



„niatis. Ad hoc enim laboramus, ut Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.  
 „restituamus Provinciam in eo statu  
 „in quo erat ante has doctrinas in eam  
 „introduc̄tas, & vos, & singulos ve-  
 „strum servemus integros in Ecclesia,  
 „& Ordine nostro, absque ulla hæreseos,  
 „aut peregrinæ doctrinæ suspicione, ut  
 „liberi, ac liberati ab omni tali sorde ser-  
 „viatis Domino Deo in unitate fidei,  
 „& Spiritus libertate. Lectis his lite-  
 „ris curabit Pater Quardianus eas re-  
 „mittere ad proximi Conventus nostræ  
 „Provinciæ Quardianum, ut etiam fa-  
 „ciat respective, quæ hic intendo. Et  
 „quia Sorores habent etiam propter  
 „hanc doctrinam, aut eos, qui eam  
 „tenuerunt, inter se nonnullas gra-  
 „ves querelas; Quardianus exponet  
 „illis harum tenorem, & præcipiet om-  
 „nium querelarum propter hujusmodi  
 „doctrinas, aut personas abjurationem,  
 „sub gravissimis pœnis, etiam usque  
 „ad relapsus, si iterum incipiant ejus-  
 „modi contentiones, sive querelas mo-  
 „vere, ut in pace possint servire Deo,  
 „juxta quod illi promiserunt. Datum  
 „Nivellæ sub mei officii Sigillo, meo-  
 „que Syngrapho. Anno Domini mil-  
 „lesimo quingentesimo sexagesimo nono  
 „mensis Septembris die primo.„

Hic denique fuit progressus, quem  
 Baji caussa hoc anno fecerat.

§. LXVII.



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

§. LXVII.

*Albæ Dux Bruxellas victor ingressus.*

*Strada l. 7.  
de bello  
Belg.*

Postquam Albæ Dux Bruxellas venerat, pro felici armorum successu in gratiarum actionem publicas preces per universum Belgium decernebat; insuper Pius quintus, eidem utpote Religionis Catholicæ Defensori, galerum, gladiumque auro, gemmisque distinctum, ac Pontificiis precibus solemni ritu sacratum transmisit, reliquum vero diem Albæ Dux transigi iussit ludicro hastarum spectaculo, aliisque festivis decursionibus, quæ tamen in populo non eandem sinceram excitabant lætitiâ, quam Dux expectaverat, nam plures hæc spectacula non sine dolore, ac gemitibus conspiciant. (\*) licet enim reipsa gauderent, Oranium Principem esse devictum, Albanum tamen victorem evasisse dolerant, potissimum eo nomine, quod in eodem loco, ubi anno priori tot Proceres morti adjudicaverat, nunc etiam de hæreticis victoriam reportarit. Accedebat præterea ad acuendam civium invidiam, quod Dux ubique tam sol-

(\*) Scilicet illi: qui (ut inquit Strada) non victorem Albanum volebant.



licite novos erexerit Episcopatus, & Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.  
 contra eos, qui de hæresi suspecti erant, Inquisitionis Sacræ armis uti voluerit: cum vero plures coram hoc tribunali, quod ab hæreticis *Consilium sanguinarium* appellabatur, comparere juberet, quamplurimi ob pœnæ metum e patria exulabant, imo artifices, quibus tum Belgium abundabat, ferme omnes ob legum, ac Constitutionum severitatem excefferunt: unde ubique deserta cernebantur loca, ac undique desolationis, & calamitatum vestigia deprehendebantur: his tamen exulibus tum Anglia utpote vicinior veluti unicum asylum erat: Belgium vero ex frequenti incolarum discessu ingens patiebatur damnum.

§. LXVIII.

*Statua in arce Antverpiana Albæ Ducis jussu erecta.*

Arces inter hæc ubique per Belgium *Thuan. l. 46.*  
*Grotius annal. de reb. Belg. l. 2. p. 32.*  
 inchoatæ continuatis operibus festinabantur, & Antverpiensis imprimis, qua ad exitum fere perducta Albanus Dux, ne quid aut ad provinciæ securitatem, aut ad privatum decus deesset, monumentum in ea sibi non tam gloriosum, quam invidiosum erigi curavit, ideo ad illud perficiendum confiari jussit ingentem molem ex tormentis æneis

Lu-



Sæcul. XVI. Ludovico Nassovio in pugna Gemmin-  
A.C. 1569. genfi nuper ereptis, in qua effigies  
 ejus loricata stabat stylobatæ imposita  
 brachio dextro urbem versus protenso;  
 insuper statuæ duæ æneæ pedibus sub-  
 stratæ visebantur, tanquam supplices  
 plura brachia habentes, & manibus li-  
 bellos porrigentes, ac crumenas, fra-  
 ctasque secures, faces, & malleos te-  
 nentes, quæ Belgii nobilitatem, & ple-  
 bem, sacro ordine a violentia utrius-  
 que asserto, devictam referebant, qui-  
 bus pendebant ab auriculis Scutellæ,  
 & a collo peræ mendicantium, quod  
 Protestantibus Belgii nomen inditum  
 est, insignia, unde serpentes, ac co-  
 lubri prorepebant, cum larvis, & her-  
 jusmodi terriculamentis, quibus falli-  
 tas, malitia, & avaritia eorundem no-  
 tabantur.

## §. LXIX.

*Inscriptio Ducis jussu huic Statuæ  
 apposita.*

*Strad. &  
 Thu. l.c.*

Ceterum marmoreæ basi hujus statuæ  
 sequens insculpta erat inscriptio:  
*Ferdinando Alvarez Toledo Albæ Ducis  
 Philippi II. Hispaniarum apud Belgas Pro-  
 fecto, quod extincta seditione, Rebellibus  
 pulsis, Religione procurata, justitia culta  
 Provinciis pacem firmavit, Regis optimi  
 Ministro fidissimo posita: Ad dextrum  
 sty-*



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

stylobatæ latus opilio visebatur cum ovibus ad pascua tendens, lupis, & leonibus ad ejus conspectum diffugiens: insuper ibi videre erat bubones, ac vespertiones, qui avolabant ad auroræ surgentis, & luce sua pestes illas discutientis splendorem, ubi pariter expressa legebatur hæc inscriptio Græca: ΑΛΕΙΞΚΑΚΟC ΗΝC, quæ latine ita sonat, *pellens aurora malum*. Ad sinistrum latus inscriptum erat, *Deo Patrum Nostrorum*: paulo autem inferius, *Pietas*, ubi addita erant plura trophæa, & instrumenta bellica victoriam significantia. Denique infra ipsam statuam adscriptum erat: *Joselingi opus ex aere captivo, seu ex belli tormentis hosti ereptis confectum*.

§. LXX.

*Novum odii argumentum Belgarum adversus Albæ Ducem.*

Haud verbis exprimi valet, quam magna invidia, ac odio Belgæ hanc statuam aspexerint, quamvis enim Albæ Dux judiciorum severitate, tributorum exactione, necnon labefactata privilegiorum, libertatum, & immunitatum auctoritate toti Belgio maxime gravis esset, nulla re tamen provinciarum in se, & Hispanorum nomini majus odium concivit, quam ex statua

Thuan. 68  
Strada l. c.

*Hiß. Eccles. Tom. XLVIII. Aa po-*



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

posita, cujus spectaculo assidue eorum oculis obversante sibi non tantum semel devicti, atque in ordinem redacti videbantur, sed quasi in æternam servitutem se raptos quotidie vinciri, & in triumphum duci existimabant.

Ipsimet Hispani hunc Ducis fastum reprobabant, eo quod is potius proprio quam alieno ore suam victoriam deprecari voluerit: præterea vix unquam in Hispaniæ aula sermo miscebatur, ubi non Rodericus Gomezus de Sylva antiquus Ducis æmulus præcipue *fidelissimi Ministri* titulum, quem sibi Albanus arrogaverat, sibilis, ac cachinis explodebat: quinimo hanc statutam ipsemet iniquo animo tulisse Philippus II. dicitur, qui & eam quadriennio post per Ludovicum Requesenem Magnum Commendatorem, qui Albano e provincia decedenti in Belgii præfectura suffectus est, amoveri jubebat, ut Rex tam Belgis complaceret, quam propriæ suæ cupiditati satisfaceret, regere ferens, quod in alterius gloriam erectum fuerit monumentum victoriæ, quæ tamen non nisi propriis ejus armis, atque sub illius auspiciis fuisset reportata.

§. LXXI.

*Novum vectigal in Belgio a Duce  
imperatum.*

Albæ



Albæ Dux populi indignationem, quam sibi ob superbiam, suumque fastum accersebat, parum curare videbatur, unde suæ avaritiæ, ac pecuniæ corradendæ aviditatem satiaturus convocatis Provinciarum Ordinibus imperabat, ut pro omnibus rebus mobilibus, quoties venderentur, partem decimam, pro immobilibus autem venditis vigesimam, & pro cunctis cujuscunque conditionis bonis tam mobilibus, quam immobilibus centesimam penderent, ut exinde expensæ ad bellum jam inchoatum, aut deinceps pro patriæ salute gerendum necessariæ acciperentur: obtendebatur enim, quod Hispania diuturno contra Mauros bello sit implicita, ac contra Turcas validam classem instruendi necessitas urgeat, ut proin ad hosce sumptus non levior exactio requiratur, minusque æquum sit, quod curæ, Regisque expensæ in Christianæ rei tutelam unice intentæ, nunc alio intempstive distrahantur, atque impendantur: verum hæ rationes populis minus comprobatae erant: nihil enim magis iniquum eis videbatur, quam quod singulorum bona æstimentur, ac insuper exactiones, quas immodicas esse censebant, imponerentur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

Stradal. 7.  
Thuan. l. 46.  
Grotius l. c.

Aa 2

§. LXXII.



Sæcul. XVI.

§. LXXII.

A. C. 1569.

Ordinum repugnantia contra hujusmodi exactiones.*Strada & Thuan. l. c.*

**E**apropter Ordines Bruxellis hanc rem congregati, hujus decimæ partis exactiōni oblittebant, exponentes, quod eo tributo commercia cum Belgii alimentum everterentur, nec unquam permiffuri effent mercatores, atque opifices, ut pro eadem sæpius decimam solvant; quippe antequam panni, tapetes, & quæque textilia conficerentur, distraherenturque solvenda esset decima, pro lana, pro de pro filo, tum pro textura, tincturaque, ac denique pro pluribus hujusmodi artificiis, adeo, ut auctis mercium pretiis emptores absterrentur, & alio potius opifices migraturi essent summa interim egestate in Belgii provinciis relicta: quapropter Albæ Ducis in animum revocabant, quantum compendii, quæstusque Britannis addidisset, ex quo Belgæ ante annos ducentos, eluvionibus de natali solo pulsatransfutare pannorum texturam in Britanniam, ejus artificii ante rudem: præterea quædam opificia in Belgio adhuc superesse dicebant, quorum viciniore populi expertes sunt, haud modice distandi, si illuc artifices commigraverint.



Ast nihil efficiebatur apud armatum, victoremque Albæ Ducem, qui ad hæc rationes flecti haud poterat, unde Procere ad pendendam decimam, & vigesimam partem metu adigebantur, Geldrienses tamen, & Frisii centesimam pecunia exsoluta redemerunt: cum vero grande æs ad redimendam eandem ceteris provinciis imperatum esset, exortæ rursus sunt novæ difficultates, pro quantâ nimirum parte singulæ provinciæ in tributum venirent: quocirca ex omnibus hisce altercationibus progressu temporis novi exoriebantur tumultus.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

§. LXXIII.

*Bellum a Calvinistis in Francia continuatum.*

Interea Calvinistæ in Galliis bellum contra suum Principem, ac Regem semper continuato furore prosequabantur, & jamjam Mense Januario hoc anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono urbem, vulgo Sancti Michaelis in Eremo dictam, quæ ad maritimam oram in Pictavia erat extructa, occupabant, illiusque monasterium, atque Ecclesiam funditus evertabant: equidem Regis copiæ Sanceras recuperare tentabant, irrito tamen successu, cum urbs a rebellibus jam occupata esset. Postea Jacobus Sabaudus Nemor-

*Tiv. l. 45.  
p. 564.  
Dupleix hist.  
de France t.  
3. p. 739.  
La Popel.  
l. 15.*



Sæcul. XVI. A.C. 1569. fii Dux ad Regis castra venerat, una cum copiis, quas ex Lugdunensi, vicinisque Provinciis contraxerat, illumque comitabatur Adretius Baro, qui bellis superioribus diu antea Protestantium partes secutus, innumeras fere crudelitates exercebat, nunc vero ad Regis castra transvolabat: porro Sabaudus in Lotharingiam ad Aumalium, prout a Rege propediem illuc quoque profecturo jubebatur, contendit: interea vero Calvinistæ Lufinianum in Pictavia, Dieppam in Normania, & Gratix Portum frustraneo conatu occupare moliebantur: insuper in Normania tempellive detegebatur conjuratio, cujus Authores per sententiam a Rothomagensi senatu pronuntiatam extremo supplicio affecti perierunt.

## §. LXXIV.

*Andegavensis Dux Calvinistas invadens.*

*Thu. l. 45.*  
*p. 567.*

Post hæc Andegavensis Dux facto per Pictones, Lemovices, & Engolismensem agrum itinere Carantoni oram legebat, quasi Castrum-novum occupaturus, ut se medium inter Piliam cum auxiliaribus copiis advenientem, & Condæum interponeret, quem ut anteverteret Condæus Princeps, Carantono flumine ad Cognacum transmissis re-



sta Castrum-novum tendit: attamen Andegavensis recenti militia auctus, cum se a Condæo Principe ad pugnam provocandum censeret, Confluentiam in Lemovicibus venit, & Vigena flumine transmissio Vertolium tendit, ubi de Protestantium consilio certior factus est: cum autem Jarnacum flumen tra- cieni- di spe excidisset, ac hostes hujus fluvii litus occupasse cerneret, illum prope Engolismam superare statuit, atque in itinere Rufecum armis suis subjicit, trucidatis omnibus, qui in hac urbe erant, præfidiariis: inde vero Castrum-novum contendit, cujus arx ad ripam Carantoni inter Engolismam, & Jarnacum sita mox regis copiis patuit, unde pons a Protestantibus paulo ante abruptus, confestim restaurari, aliusque ex navigiis construi jubebatur, cujus cura Guntaldo Birono fuit commissa. Tum regii milites Cognacum versus profecti, ut opinionem, quasi fluvium ad Castrum-novum transire in animo haberent, hosti demerent, mox eodem revertuntur.

## §. LXXV.

*Colinius Regios transitu prohibere intentus.*

Ex adverso Colinius Archithalassus, *Tit. l. 45.*  
qui primam rebellis exercitus aciem

Aa 4

du-

Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.  
 ducebat, ut regias copias propius exploraret, cum octingentis Equitibus, totidemque Sclopetariis Jarnaco profectus iisdem occurrit: cum autem flumen utrumque exercitum separaret, atque ex regis copiis jamjam quædam agmina navium beneficio transmisissent, hinc nonnisi levi pugna inter eos aliquamdiu certatum est: altera autem die Architalassus promotis castris præcipue duas legiones, quæ tantum ad quartam leucæ partem a loco aberant, emisit, simulque octingentos equites, qui jussit, qui peditatui præsto essent, atque ad Belliduces, cum opus esset, transvolarent. Rebus ita dispositis ipse met Bassacum contendit, medio inter Andegavenfis Ducis castra, & Jarnacum flumen itinere: ast tam pedites, quam equites hospitia sat incommoda sibi a metatoribus assignata caussati alio diverterunt, magno errore, & suorum detrimento, nam ea re factum, ut stationes ad transitum regis impediendum dispositæ infirmiores essent: ex adverso autem regii exercitus vires exinde auferentur.

§. LXXVI.

*Condæus Princeps in Jarnacensi proelio trucidatus.*

Con-



Confecto ponte regius exercitus media nocte sine strepitu trajicere cæpit, qua de re Colinius, sero nimis admonitus, nonnisi irrito conatu transitum prohibere nitēbatur: unde regii milites Bassacum recuperant, illudque munimentis firmant. Denique prope Jarnacum in Engolismensi ditione uterque exercitus jam in conspectu erat, resque ad prælii necessitatem devenerat: igitur certamen initur non minus acre, quam pertinax, sed iniquiore Protestantium fato; quippe Condæus Princeps desertus a suis, cum trucidatus ejus equus super eum incumberet, veluti captus hærebat, unde duobus Nobilibus Eparchio Tifone Argentio, & Sarniano sese dedere cogebatur: eodem autem temporis momento Montesquius sub Andegavensi Duce Satellitum Ductor occurrens sclopeto in cervicem adacto Principem Condæum a tergo aggressus trucidavit: porro id a Motefquio non sine secreto mandato factum tunc credebatur.

Hic denique fuit exitus hæretici Ludovici Borbonii Condæi Principis animi fortitudine illustris, qui ingenio, magnitudine, belli experientia, liberalitate, ac facundia paucos numerabat æquales. Corpus ejus ad ludibrium asellæ impositum Jarnacum deferebatur,

Aa 5

ubi

Sæcul. XVI.

A.C. 1569.

Th. l. 45.

Brantome

Eloge de ce

Mem de l'Estoille t. 1.

p. 15.



Sæcul. XVI  
A.C. 1569.

ubi Andegavenſis Dux caſtra locabat poſtquam hanc de Calviniſtis victoriam die decima tertia Maji Anno ſalutis noſtræ milleſimo quingentefimo ſexageſimo nono reportaverat. Poſtea Robertus Stuartus Scotus, qui Annam Momorantium Conneſtabilem in prælio Sandonyſiano ante biennium occiſiſſe dicebatur, in Jarnaceniſi hac pugna captus pugionum ictibus conſoſus eſt, ut ipſius plecteretur ignavia, qua inſignem hunc Virum, qui tamen extra conſlictus locum erat, trucidaverat. Henricus Lotharingus Guilielmus Dux in hoc prælio præclara edidit fortitudinis ſuæ ſpecimina, quibus ingentem de ipſo ſpem antea conceptam plenias firmabat.

§. LXXVII.

*Archithalaffus Tonnaco - Carentum profugus, ibique Belli Senatus habitus.*

Post Baſſaceniſem hanc pugnam illi, qui e clade ſuperfuerunt, profugi Cognacum ſub noctem pervenere, quo & Acierius cum centum peditum ſignis, qui prælio non interfuerant, & cum eo Baudineus frater, Blaconus, Cellarius, Mirabellus, aliique, ex equitum vero Ductoribus ibi Mongomerius, & Rupi-



falcaldius, ac Caldomontius aderant: Sæcul. XVI.  
 porro equitatus Mediolanum - Santo- A.C. 1569.  
 num sese recepit, ubi Henricus Be-  
 arniæ Princeps, necnon Henricus ju-  
 nior, Principis Condæi filius natu ma-  
 jor nonnisi septendecim annos natus  
 agebat. Colinius, cui soli, donec alius  
 feligeretur, supremum exercitus impe-  
 rium deferebatur, Mediolanum muniri  
 præcepit, eique Pilium præfecit, Mon-  
 togemerio autem Engolismam tuen-  
 dam commisit, ipse vero Tonnaco-Ca-  
 rentum cum factionis suæ præcipuis  
 contendit, eoque juvenes Principes  
 conduci jussit. Ibidem, quid consilii  
 caperent, deliberabant, ubi minus au-  
 daces censebant, profligati exercitus  
 reliquias Rupellam, & Engolismam esse  
 abducendas, ut ibidem tutæ subsiste-  
 rent, simulque regii exercitus vires  
 utriusque hujus urbis obsidione labe-  
 factarentur: ast illi, qui majori animi  
 fortitudine, ac saniori consilio præstan-  
 tes erant, probe animadverterant, quod  
 copiis intra urbium mænia inclusis spe-  
 rata Germanorum auxilia, aut rursus  
 reverterentur, aut si ulterius progre-  
 derentur, abs dubio profliganda essent,  
 hinc copias in aciem educere decer-  
 nebant, sedulo tamen declinata pug-  
 nandi necessitate, ideo castra per flu-  
 mina, pontes, ac transitus, qui in eo-  
 rum



Sæcul XVI rum potestate erant, a repentina vi pro-  
 A.C. 1569. hibebant.

§. LXXVIII.

*Navarræ Reginae oratio in Protostantium Senatu habita.*

**H**oc consilium pariter arridebat Navarræ Reginae, quæ huic Senatui præfens non tanquam mulier periculo consternata, sed heroina fortitudine animata perorabat; præprimis enim Principis Condæi, qui in defensione tantæ justæ causæ fortem simul, & fidam operam ad mortem usque navasset, virtutem, ac constantiam dilaudabat, ejusque exemplo ceteros hortabatur, ut constantiam retineant, & defendendum illud negotium, quod ipsa perperam veritatis causam dicebat, nec non ad tuendam patriæ libertatem, quæ sceleratis inimicorum armis peteretur, animos obfirmet: „Enimvero, inquiebat ipsa, in Condæo Principe, minime intermorta est bona causa, neque eo casu viros pios ex animis suis spem omnem abjicere decet: Deus enim propriæ suæ causæ ita prospexit, ut ejusmodi socios Condæo, dum vixit, dederit, qui ei e vivis sublato, mox præfenti, atque opportuno re- medio succederent: insuper residuus est meus Filius Bearnæ Princeps, „nec



„necnon Henricus ipsius Condæi Fi-  
 „lius, qui ut paterni nominis, sic etiam  
 „virtutis hæres est: hos ergo illico tan-  
 „quam Ductores vestros assumere po-  
 „testis: insuper etiam alios proceres  
 „nunquam bonæ causæ defuturos con-  
 „fido: priusquam vero hi eligentur,  
 „interea exercitus imperium Colinio  
 „Archithalasso deferatur, cum ejus  
 „magnanimitas, prudentia, rerumque  
 „experientia satis perspecta esset

§. LXXIX.

*Summum exercitus imperium a Prote-  
 stantibus Principi Bearnensi de-  
 latum.*

Absoluto hoc sermone Regina seorsim  
 Filium suum allocuta, eundem hor-  
 tabatur, ut suis partibus minime dees-  
 set: postmodum ipsa Rupellam delata  
 ibi nova auxilia parare meditabatur:  
 dum ergo ejus propositioni omnes con-  
 gregati aquiescerent, hinc cuncti etiam  
 Ministri, ac Nobiles juxta normam eis  
 præscriptam utrique Principi, postea  
 vero milites suis Belliducibus eorum-  
 dem Principum nomine fidei juramen-  
 tum exsolvebatur: porro præprimis sin-  
 gulari prærogativa Bearnensi Prin-  
 cipi datum, ut ipse solus titulo su-  
 premi copiarum Ducis insignis habere-  
 tur, eoquod primus Regiæ stirpis Prin-  
 ceps.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1569.

Thuan. l. c.  
 Duplex p.  
 748.



Sæcul. XVI. ceps, Regisque Filius, ac proximus  
A.C. 1569. Regni hæres esset, unde eidem junio

Princeps Condæus duntaxat tanquam socius adjungebatur, atque Archithalassus per aliquot annos ab utriusque Imperio secundus interim nominatus contentus erat, usquedum hi duo Principes ad exercitus imperium per ætatem, bellique experientiam idonei evaderent. Postea de horum Principum securitate deliberatum, quam in rem censebant plures, eos Engolismam utpote urbem situ munitissimam, atque ab obsidionis periculo immunem abducendos: contendebant vero alii, satius fore, si ambo hi Principes in castris morarentur, ut milites ob nuperam Jarnacanam cladem animo admodum dejectos in officio continerent: nihilominus decretum, ut Mediolanum-Santonum ducerentur, eoque Colinius, atque Andelotus mitterentur, quatenus una omnes habito ibidem consilio principuos Belliduces Cognaci subsistere juberent, eo fine, ut tunc, si hæc urbs forte cingeretur, ipsi obsidioni præessent.

Postquam ambo Principes Mediolanum venerant, mox eodem ferme momento Colinii eo advolabant, iisque suadentibus satis opportunum censebatur, si ibidem ad reficiendas vires tantum diu subsisteretur, donec de regii exercitus



tus consiliis plenior haberetur notitia, cum incertum esset, an Regis copiae vel Engolismam, vel Cognacum obsessuræ forent. His conclusis cuncta parabantur, ut nonnulli auxiliaribus copiis, quæ ductore Bipontino Duce advennerant, obviam mitterentur, hisque militibus injungeretur, ut in itinere oppidum aliquod Ligeri fluvio transmittendo opportunum occuparent: porro Colinnii ambos Principes Angeriacum deducebant, eo quod hoc oppidum ceteris tutius videretur, cum illud Calerius valido munitum præsidio teneret: Pilius autem Mediolani substitit cum suis copiis, donec Pontium proficisci iussus esset, subrogato in ejus locum Blaccono, qui urbem cum sua legione tueretur: Denique Engolismam mittebatur Montgomerius cum quindecim equitum turmis, quæ dum ante urbem diutius morabantur, suosque præstolabantur, ab incumbente Briffaco, qui eas infecutus fuerat, fusæ, ac plerisque in fossam urbis sese præcipitantibus dissipatæ sunt, ubi capta etiam sunt duo vexilla, & ex Ducibus quamplurimi.

§. LXXX.

*Montacutum, & Tifaugium soluta  
Cognacensi urbe ab exercitu Regio  
captum.*

Inter-

Sæcul. XVI.

A C 1569.



**Sæcul XVI.** **A.C. 1569.** **Thu. l. 44.** Interea Andegavenſis Dux caltris Cognacum verſus promotis, belli tormenta eo adduci juſſit: cum autem hanc urbem ſeptem peditum recentium millia defenderent, validasque eruptiones facerent, hinc regii milites, plusquam trecentorum jactura territi, nec non crebris ejuſmodi eruptionibus fatigati obſidionem ſolvere fatius ducebant: poſtquam vero Andegavenſis Dux tribus peditum millibus in Pictavia conſcriptis ſub ductu Pigallarii, & Bovileſ, quorum primus Andegavenſis, alter autem Nannetenſis Præfectus erat, auctus eſſet, mox Montacutum Tremollianae familiæ oppidum, cui Pleſſius præerat, cingere cæpit, tormentis ex Nannetenſi urbe adductis, ubi poſtea ad molatrienam, quæ Nannetenſem portam reſpicit, ſoſſa promota, biduo ab incepta urbis oppugnatione Pleſſius deceſſit, quo mortuo Broſſius, qui ei ſucceſſerat, ſe gnaviter defendebat, aliquoties eruptione cum magno regionum damno facta. Durante hac obſidione Tiſaugium deditione captum, auctoque obſidentium ardore Montacutum quoque expugnatum eſt, parique fato Cognacum ſuccubuit. His peractis etiam Mucidanum cinctum, occupatumque fuit, in cujus urbis obſidione Pompadoreus, & Briſſacus ambo ſtrenui Duces periere:



insuper sub idem tempus Andelotus unica Protestantium spes, atque Archithalassi Frater Mediolani - Santonum febre extinctus est.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

Demum Germaniæ Protestantes suorum Fratrum, quo nomine appellabant cunctos Franciæ hæreticos, cladem miserati ipsis octo equitum millium suppeditas submittebant, ductore Bipontino Duce, qui datis ad Franciæ Regem literis hanc agendi rationem, quam hac in occasione teneret, excusare nitebatur, unico hoc usus obtentu, quod Franciæ subditi propter Religionem vexarentur, hinc veritatis amicos, imo in eis ipsam quoque veritatem tueri compelleretur: igitur ejus copiæ trajecto Rheno Germaniam percurrerant, cumque Ararim flumen transmisissent, Charitæum ad Ligerim occupabant.

§. LXXXI.

*Rupi - apensis pugna.*

Denique post crebras ultro, citroque cursitationes uterque exercitus sibi occurrens prælium inire cogebatur in finibus Bearnensis, & Occidanæ Provinciæ prope oppidum, quod vulgo Rupes - apis vocatur: porro ibi profligato Andegavensi Duce ejus peditatus, cui Strozzius imperabat, cum ingenti strage fusus, fugatusque est.

Thu. l. 45.  
Duplex p.  
757.

Hist. Eccles. Tom. XLVIII. B b zio



**Sæcul. XVI.** zio Duce capto: huic tamen prælio  
**A.C. 1569.** Wolfgangus de Bavaria Dux Bipontanus non intererat; postquam enim Vngennam transierat, Neffunii urbe tribus leucis Ratiasio distita morbo correptus ibidem in Ludovici Nassovii Comitis manibus exspiravit, nonnisi quadraginta tres annos natus, cum paulo ante obitum suorum Belliducum præcipuos ad bellum pro communi causa susceptum fortiter prosequendum hortatus esset, & Volradum Mansfeldium Comitem, qui illius legatus erat, summum armorum Ducem nominasset.

§. LXXXII.

*Libellus supplicis a Calvinistis Regi porrectus.*

**Thm. l. 45.** Quamvis Protestantes hanc victoriam reportassent, nihilominus belli laboribus fracti, ac pecuniis ad solvenda militum stipendia destituti ad Regem libellum supplicem mittere decernebant, in quo suæ causæ æquitatem exponere conantes repetita ibidem superiorum bellorum memoria, & rejecta omnium in Guisianos, & ceteros publicæ quietis hostes culpa, arma se pro conscientiarum libertate, vita, ac fortunis, quas ab illis peti aiebant, coactos sumpsisse testabantur, petebantque a regia clementia, ut liceret ipsis per  
uni-



Sæcul. XVI.

A.C 1569.

universum regnum libere convenire, vi-  
tam, bona, ac dignitates suas secure  
possidere, eoque nomine sibi idonee  
caveri postulabant; quod si fieret, de-  
mum se protinus ab armis discessuros  
ostendebant. Hoc libello ad Regem  
perferendo destinatus erat Lestrangius,  
qui cum publicæ fidei literas pro sua  
securitate ab Andegavensi Duce pete-  
ret, hic se ad Regem perscripturum re-  
spondit, qui etiam reipsa mox ad Re-  
gem literas dedit: cum autem Rex Du-  
cis arbitrio, si id e re fore judicaret,  
permisisset, ille rursus protelationi-  
bus petitiones foederatorum diu elusit,  
unde factum est, ut ex Colinii Archi-  
thalassi consilio libelli supplicis exem-  
plum ad Franciscum Momorantium Ma-  
rescallum, qui tum in aula erat, mit-  
teretur. Is, quamvis ob sanguinis af-  
finitatem cum Condæo, & Coliniis con-  
tractam suspectus esset: nihilominus die  
vigesima Julii datis literis significabat,  
quod Rex nullas pacis condiciones ac-  
cepturus esset, nisi prius Calvinistæ ad  
obsequium, officiumque rediissent. Ac-  
ceptis his literis Archithalassus sexta  
post die alias propositiones ad eundem  
Momorantium transmisit, quibus omni-  
bus rejectis Colinius vehementer com-  
motus, Principum, ac foederatorum  
nomine palam protestabatur de injuria,

B b 2

quæ



Sæcul. XVI quæ sibi a publicæ tranquillitatis ho-  
A.C. 1569. stibus, prout Catholicos ipse appellare  
 solebat, illata esset, Deumque te-  
 stem, & Christianos omnes Principes  
 appellabat, invidiamque calamitatum  
 inde obventuram a se deprecatus, ho-  
 stios curaturos ajebat, ut publicæ, &  
 privatæ rei idoneis remediis in poste-  
 rum diligentius prospiciatur.

§. LXXXIII.

*Calvinistæ in Petrocorios transgressi  
 urbesque ab eis captæ.*

*Thu. l. c.*

**D**ie vigesima septima Julii Protestan-  
 tes Petrocorium transeuntes Tive-  
 rim contendunt, ubi Brentonium, ar-  
 nobile quoddam monasterium, dedi-  
 tione capiunt, pluribusque arcibus re-  
 expugnatis, necnon transmissa ad Con-  
 fluentiam Vigena Chabanæum petunt  
 illoque capto cunctos præfidiarios, om-  
 nesque obvios crudeliter trucidant  
 mox & Genesii oppidum a Mojo recupe-  
 ratum est, quod etiam decem libra-  
 rum millibus se a direptione rede-  
 mit, ibidemque Ludovicus Lanjus  
 Morvillerius, qui Gallici equitatus Præ-  
 fectus erat, ex morbo decessit.

Dux Andegavensis relicto Pericorio  
 & itinere per Lemovices facto, cum Lo-  
 chias in Turonibus venisset, militem  
 uti decreverat, dimisit, jussis omnibus  
 ut



ut prima Octobris die rursus ad signa <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
 convenirent: ex adverso Protestantes A.C. 1569.  
 quietis impatientes iter suum prosequen-  
 bantur, captisque pluribus locis Coli-  
 nius Pictavium, quod Ludensis Comes  
 propugnabat, obsedit.

§. LXXXIV.

*Regii Senatus decretum contra Coli-  
 nium maris Præfectum.*

Postmodum Calvinistæ Moncontorii in- <sup>Thu. l. 45.</sup>  
 gentem cladem perpessi sunt, ali-  
 quamdiu tamen ante funestam hanc  
 diem Parisiensis Senatus ad Ægidii  
 Burdini cognitoris regii preces in Ca-  
 sparem Colinium tanquam perduellem,  
 & læsæ Majestatis reum sententiam  
 pronuntiavit, qua ille ad mortem da-  
 mnatus est, præmiumque quinquagin-  
 ta millium aureorum ei constitutum,  
 qui vivum caperet, vel etiam trucidar-  
 et. Demum decima quinta post die,  
 seu vigesima octava ejusdem Mensis ad  
 preces ejusdem Burdini, ut omnis am-  
 biguitas, & dabitandi occasio tollere-  
 tur, decretum est, quod, cum hæc quin-  
 quaginta aureorum millium summa ei,  
 qui Archithalassum occideret, consti-  
 tuta est, hoc de eo intelligeretur, qui  
 Colinium occidisset, sive is exterus,  
 sive indigena esset, cui & præter præ-  
 mium, si in idem forte perduellionis



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569. crimen incurrisset, gratia delicti fieret. Porro hoc decretum per universum regnum promulgatum, & ut ad externos ejus notitia perveniret, non solum Gallica, sed curantibus Lotharingiis etiam Latina, Germanica, Italica, Hispanica, & Anglica lingua evulgatum est: nihilominus Colinius hoc decretum flocci pendens nullatenus agendi rationem immutabat.

## §. LXXXV.

*Catholici post Moncontoriensem cladem ubique victores.*

Paulopost Archithalassius cum suo exercitu Vigennam venit, atque Andevagensis Ducem ad pugnam provocavit, cui variis in locis per crebras velitationes prolusum, tandem vero concurrente utroque exercitu Moncontori certamen initur, quo Calvinistæ penitus profligati, Catholici vero plenam de illis victoriam reportarunt.

Relata hac victoria paulopost Angericum cingebatur, cui obsidioni ipse Rex, ac Regina intererant, urbs vero post decem dierum inducias utrinque pactas præscriptis conditionibus se dedere cogebatur, ubi Rege, ac Regina oppidum ingredientibus, illius Præfectura Guttinerio Vicecomiti credebatur,



tur, relictis ad loci securitatem octo  
peditum centuriis.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

Interea Principes Condæi, necnon Archithalassus cum quatuor, vel quinque suorum millibus sese Montgomerii copiis jungebant, atque universam Occidaniam inundantes, noctis beneficio, atque astu Nemausum interceperunt, ac edita ingenti clade Catholicos ferme omnes trucidarunt, cunctosque Canonicos, ceterosque Ecclesiasticos in Capituli puteum præcipites egerunt, adeo, ut ipsemet Nemausensis Episcopus Bernardus Delbenius ægre admodum furentium hæreticorum crudelitati fuga sese subducere posset: pari etiam sævitia Montbrunus, & Mirabelus in Alverniis tumultuabantur, alii vero vario insolentiæ, ac crudelitatis genere sævientes Belsiam, & Vastinium devastabant. Die etiam decima octava Novembris Aiguillonum in agro Agenensi ab iisdem hæreticis captum fuit, Montgommerius autem Bearniam vi occupavit, cujus milites Sancti Galactorii reliquias Lescaram translatas incenderunt, cineresque in aerem projecerunt: ut autem verbo cuncta absolvamus, Calvinistæ ubique sacrilega sui furoris monumenta, ac nefanda impietatis vestigia relinquebant.

Bb 4 §. LXXXVI.



Sæcul. XVI.

§. LXXXVI.

A.C. 1569.

Pontificis lætitia ob Gallorum victo-  
rias de Calvinistis reportatas.

*Thuan. l. c.* Calvinistarum crudelitates Catholicos  
*Spond. ad* summo dolore afficiebant, simul-  
*hunc ann.* que Roma æque, ac Francia per hæc  
*num. 7.* devastationes ingentia prorsus dama-  
*Ciacon. vit.* patiebantur, nonnihil tamen hanc nec-  
*Pontif. t. 3.* sititiam moderabantur victoriæ a Caroli  
*pag. 993.* IX. exercitu vicissim, ac satis frequen-  
 ter de Calvinistis reportatæ, quarum  
 etiam lætitia damnorum jacturam sæ-  
 pius obliterabat, præcipue Romæ, a  
 qua urbe belli furor longius aberat.  
 porro Carolus Galliarum Rex viginti  
 quinque vexilla Calvinistis in Moncon-  
 turiensi prælio erepta dono dederat  
 Sanfloriano Comiti, qui eadem Romam  
 deferre jubebatur. Hoc munus Pius V.  
 inter maxima lætitiæ signa acceptans  
 per triduum decretis solemnibus supplic-  
 ationibus Deo grates rependi voluit,  
 ipsaque vexilla in Ecclesia sancti Joan-  
 nis ad Lateranum appendi præcepit  
 addita hac inscriptione: „Pius V. Pon-  
 „tifex Maximus signa de Caroli IX. Chri-  
 „stianissimi Galliæ Regis perduellibus,  
 „iisdemque Ecclesiæ hostibus, a Sfor-  
 „tia Comite S. Floræ Pontificii auxilia-  
 „ris exercitus Duce capta, relataque,  
 „in principe Ecclesiarum Basilica suspen-  
 dit.



„dit, & omnipotenti Deo tantæ Victo- Sæcul. XVI.  
 „riæ auctori dicavit Anno millesimo A.C. 1569.  
 „quingentesimo septuagesimo.

§. LXXXVII.

*Nicolaus Mortonus a Papa in Angliam decretus.*

Sub idem ferme tempus summus Pontifex Nicolaum Mortonum natione Anglum Theologiæ Doctorem, ac Apostolicum Romæ Pœnitentiarium in Angliam decrevit, ut plures Angliæ Proceres, qui haud immerito de Elisabetha Regina querebantur, solatio reficeret, atque afflictos de summi Pontificis præsidio certiores redderet: enimvero hoc Papæ studium omni laude dignum erat, quamvis in eadem occasione longius, quam erat, processisse videatur, dum Mortonono in mandatis dederat, ut eisdem Proceribus declararet, quod Elisabetha omni in Catholicos auctoritate excidisset: subditi enim alicujus Principis, cujuscunque demum Religionis sit, semper permanent ejus subditi, unde haud minor in eos adhuc est auctoritas legitima: eapropter hujus mandati executio flammam accendebat, quæ tum quidem adhuc sub cineribus delitefcebat, progressu tamen

Bb 5 tem-



Sæcul. XVI. temporis in funestum incendium erum-  
 A. C. 1569 pebat. (\*)

§. LXXXVIII.

*Constitutio pro Inquisitione contra  
 Judæos.*

**D**ie vigesima sexta Februarii idem  
 Papa Pius V. aliam edidit Consti-  
 tutionem, qua cunctos Judæos ab om-  
 nibus terris subditorum suorum, aliis-  
 que locis, quæ quoad temporalem ju-  
 risdictionem Ecclesiæ Romanæ subja-  
 cebant, intra trium mensium spatium  
 penitus excedere jussit, pœna amilic-  
 nis omnium bonorum, & perpetuæ  
 servitutis constituta.

(\*) Hæc Continuator absque omni testi-  
 allegat, ac pro more suo ejusmodi mandatum  
 Mortono a Papa datum confingit, ut Prin-  
 cipibus adulandi studio abreptus, politiam  
 suam animadversionem obtrudere valeat: nec  
 his contentus, Sanctissimum quoque Pontifi-  
 cem insimulat, perinde ac si ille mandato suo  
 crudelissimæ vexationis in Anglia contra Ca-  
 tholicos excitatæ causâ, vel saltem ansa ex-  
 stitisset, cum tamen omnium ubique hæreti-  
 corum mos sit, una ex parte Conscientiarum  
 libertatem deprædicare, alia vero ex parte  
 ceteros vel ad suam sectam cogere, vel re-  
 nuentes ferro, flammaque delere, imo in  
 ipsos etiam suos Principes arma sumere.



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

Ad hanc pœnæ severitatem summus Pontifex compellebatur, eo quod Judæi passim accusarentur, quod multa, eaque enormia exercerent usurarum genera, quibus egentium substantiam usquequaque exinaniebant: insuper arguebantur, quod furum, ac latronum receptores, atque participes essent, & sub obtentu tractandæ rei proprio exercitio convenientis, honestarum mulierum domos ambientes earum multas turpissimis lenociniis præcipitarent, atque etiam, quod omnium perniciosissimum esset, sortilegiis, incantationibus, magicisque superstitionibus, & maleficiis quamplurimos incautos inducerent, spe facta, quod reconditos thesauros eruere vellent: præterea plura alia scelera clam ab ipsis perpetrata iisdem objiciebantur: porro Papa desuper Romanam, necnon Anconitanam urbem excepit, idque factum, ut cum orientalibus negotiationes, ex quibus nonnulla commoda Reipublicæ oriabantur, continuari possent, & spes quoque foret, ut illi ob noxæ metum a maleficiis, aliisque sceleribus, de quibus accusabantur, abstinerent, & ex Christianorum conversatione, ac frequentibus colloquiis, quæ cum illis habere possent, ad fidem converterentur.

Eodem



Sæcul. XVI.

A.C. 1569.

Bull. tom. 3.

Const. Pii V.

80. &amp; 82.

Eodem anno Pius V. aliam adhuc non minus severam promulgabat Constitutionem contra quoscunque, qui statum, res, & personas officii Inquisitionis, eorumque fautores confcios, & complices offenderent, aut eorum officii sese opponerent.

Porro neminem latet, quod hic summus Pontifex sacræ Inquisitionis auctoritatem toto studio tueri intentus fuerit: insuper etiam Pœnitentiariæ officium reformabat, & casus, ac præsumptiones in causis confidentiæ beneficiæ, contra quoscunque, etiam Cardinales declarabat tanquam omnino irritas.

§. LXXXIX.

*Pii V. Papæ diploma in favorem Florentini Ducis.*

Const. Pii V.

88.

Ciacon. t. 3.

pag. 993.

Jam dudum de Sedis prærogativa inter Alphonsum Ferrariæ, & Cosmam Florentiæ Ducem ingens fervebat contentio, cum vero Pium V. Papam Cæsaris animus ad hæc dissidia componenda propensus minime lateret, hinc vindicata sibi hujus causæ cognitione nullo ferme negotio solus totum dissensionis fomitem extinxit, cum Cosmam, cui clam favebat, Magnum Etruriæ Ducem crearet. Hujus declarationis Diploma die vigesima quinta Augusti datum



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

datum est, in quo hæc leguntur: „Ro-  
 „manus Pontifex in excelso militantis  
 „Ecclesiæ Throno disponente Domino  
 „super gentes, & Regna constitutus  
 „post perlustratas suæ indefessæ mentis  
 „acie Orbis Christiani Provincias, cir-  
 „cumspecta sua providentia præclaros,  
 „ac principes viros, qui de sancta Sede  
 „Apostolica, fideque Catholica bene  
 „mereri videntur, singulari suæ benigni-  
 „tatis clementia, quantum sibi ex alto  
 „conceditur, augere, eosque insignibus  
 „ornamentis, ac speciosis honorum ti-  
 „tulis decorare, atque illustrare con-  
 „suevit.

„Sane cum & nos in primis atten-  
 „deremus, quod dilectus filius vir Cos-  
 „mus Medices Reipublicæ Dux, majo-  
 „rem indies suæ eximie virtutis splen-  
 „dorem, ferventiorumque Catholicæ  
 „Religionis cultum, & in administran-  
 „da justitia præcellens studium, ex eo  
 „tempore, quo imperare cœpit, nus-  
 „quam prætermisum, laudabiliter præ-  
 „ferre non cesset: quod omnibus in  
 „occasionibus, nobis, ac Prædecessori-  
 „bus nostris, & Apostolicæ Sedi, prom-  
 „pto, ac libenti animo obsequi semper  
 „studuerit: quod nos, & eandem Sedem  
 „ab ipso nostri Pontificatus initio con-  
 „tinuato debitæ reverentiæ honore co-  
 „luerit, mandatis nostris filiali obedien-  
 „tia



Sæcul. XVI  
A.C. 1569.

„tia paruerit, honestis nostris petitioni-  
„bus obsequentissime morem gesserit:  
„quod a nobis requisitus, cœpta nostra  
„pecuniis, peditatu, equitatuque ab-  
„riter iuuerit, præsertim pro ferendo  
„auxilio Charissimo in Christo Filio no-  
„stro Carolo Francorum Regi Christia-  
„nissimo, adversus ejus rebelles, &  
„hæreticos, centum etiam aureorum  
„millia ultra alia illi mutuando, ho-  
„ratu nostro id fecerit: quod majora  
„si usus venerit, ad Catholicæ fidei  
„defensionem, & incrementum se præ-  
„stiturum ultro polliceatur.

„Quod pro inclyta ejus in Deum  
„pietate, superioribus annis, militiam  
„S. Stephani, ad sanctæ fidei exalta-  
„tionem, ac propagationem instituerit,  
„bonis ditaverit, & ampliaverit: quod  
„universæ prope Provinciæ Etruscæ in-  
„perscrutabili Dei judicio ad summæ  
„dignitatis potestatem civium florenti-  
„morum assensu vocatus felicissime præ-  
„sit, ac dominetur: quod delatum sibi  
„admirabiliter Principatum admirabi-  
„lius regat, & moderetur, illumque in-  
„comparabili prudentia, ac sapientia,  
„in pacis, ac justitiæ amœnitate, ab-  
„ineunte ejus ætate diligentissime con-  
„tineat, & conservet.

„Quod terra, marique præpotens  
„existat: quod piratis, facinorosis, si-  
„cariis,



sæcul. XVI.  
A. C. 1569

„cariis, quietis, & otii turbatoribus,  
 „ne non nostris, & hujus sanctæ Sedis  
 „rebellibus, & adversariis hostis acer-  
 „rimus, scelerumque, & delictorum  
 „severus vindex sit: quod numerosa,  
 „ac frequenti populorum ei subditorum  
 „Deo benedicente multitudo, copio-  
 „sis, grandibusque redditibus, & am-  
 „plissimis proventibus gaudeat, & frua-  
 „tur. Quod validus peditum, & equi-  
 „tum numerus in omnes usus ei præ-  
 „sto semper esse possit: quod quamplu-  
 „res florentissimas Urbes, tam Cathed-  
 „ralium, quam earum nonnullas Me-  
 „tropolitanarum Ecclesiarum dignitate  
 „insignes, ac studiorum generalium  
 „Universitatibus ornatas, munitissimos  
 „portus, validissimasque arces, loca  
 „tutissima, triremium classem paratam,  
 „& instructam tam ad Tyreeni sui ma-  
 „ris, quam etiam ad nostræ Oræ ma-  
 „ritimæ tutelam habeat: quod rerum  
 „omnium copia, ditionis amplitudine,  
 „locorum ubertate, continua vitæ feli-  
 „citate, demumque gentis celebris ad-  
 „modum, & opulentæ viribus firmissi-  
 „me subnixus vigeat: quod cuncta hæc  
 „ipsa bona per immensam Dei omnipo-  
 „tentis benignitatem sibi elargita, ad  
 „divinum honorem, & gloriam para-  
 „tissima semper fore profiteatur.,,

„Quod



Sæcul. XVI.

A.C. 1569.

„Quod absoluta potestate ratione li-  
 „beri, & directi domini Florentini ne-  
 „mini sit subjectus, ita, ut juxta di-  
 „stinctionem piæ memoriæ Pelagii  
 „militer Romani Pontificis Prædecesso-  
 „ris nostri, uti Rex, & magnus Dux  
 „ac Princeps merito existat, & inter  
 „ceteros magnos Duces, ac Principes  
 „reipsa esse, ceneri. & connumerari  
 „possit, & debeat.,

„Nos igitur tot, ac tantis ratione-  
 „bilibus, dignisque de causis, claris-  
 „simis quoque ipsius Cosmi Ducis erga  
 „nos, & Sedem eandem meritorum,  
 „& officiorum monumentis inducti, fir-  
 „maque spe freti, quod is, & ejus Soc-  
 „cessores, collati nostri in eos beneficii  
 „memores debitam nobis, futurisque  
 „Romanis Pontificibus grato animo si-  
 „dei, ac devotionis sinceritatem, per-  
 „petuo exhibere, conservareque stude-  
 „bunt. Attendentes etiam, quod sane  
 „plurimi facimus, dictum Cosmum Du-  
 „cem, ac dilectum filium nobilem vi-  
 „rum Franciscum ejus filium primoge-  
 „nitum artibus admodum affinitatis, fan-  
 „guinis, & necessitudinis vinculis cum  
 „charissimo in Christo Filio Nostro Ma-  
 „ximiliano in Imperatorem electo, &  
 „maximis Christiani nominis Regibus  
 „conjunctos esse, eosque a nobilissima  
 „Stirpe Medicea multis honoribus, &  
 „titu-



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

„titulis decorata, & ex qua tot illust-  
 „res Proceres, ac tres Romani Pontifi-  
 „ces prodierunt, ortum habere; pro-  
 „pterea eundem Cosmum Ducem spe-  
 „cialibus favoribus, & gratiis paterne,  
 „benigneque prosequi volentes, ipsum-  
 „que a quibusvis excommunicationis,  
 „suspensionis, & interdicti, aliisque Ec-  
 „clesiasticis sententiis, censuris, & pœ-  
 „nis a jure, vel ab homine quavis oc-  
 „casione, vel causa latis, siquibus quo-  
 „modolibet innodatus existit, ad effe-  
 „ctum præsentium duntaxat consequen-  
 „dum, harum serie absolventes, & ab-  
 „solutum fore censentes, motu proprio,  
 „non ad ipsius Cosmi Ducis, seu alte-  
 „rius pro eo nobis super hoc oblatae  
 „petitionis instantiam, sed ex certa  
 „scientia, maturaque deliberatione, &  
 „mera liberalitate nostra, ac de supre-  
 „mæ nostræ Apostolicæ potestatis ple-  
 „nitudine, tam dictorum Prædecesso-  
 „rum, quam etiam Alexandri III. &  
 „Innocentii pariter III. ac Pauli IV. si-  
 „militer Prædecessorum nostrorum, qui  
 „Portugalliæ, & Bulgarorum, ac Blan-  
 „corum, necnon Hiberni Reges, & ut  
 „tunc Dux Bohemiæ, & Rex in suis  
 „literis nominari possit, respective crea-  
 „runt, constituerunt, & concesserunt,  
 „aliorumque Romanorum Pontificum  
 „erga diversos Principes exempla se-  
 „quenti.

*Hist. Eccles. Tom. XLVIII.*

Cc



Sæcul. XVI.

A.C. 1569.

„quentes, vestigiisque inhærentes, ut  
 „potissimum ceteri Principes hoc exem-  
 „plo invitati ad bene de sancta hac Sede  
 „promerendum incitentur, eundem  
 „Cosmum Ducem, ejusque Successio-  
 „res pro tempore existentes Duces per-  
 „petuis futuris temporibus in Magna  
 „Duces, & Principes Provinciæ Etru-  
 „riæ sibi pro maxima illius parte sub-  
 „jectæ, & in ipsa Provincia respectiva  
 „auctoritate Apostolica tenore præsen-  
 „tium creamus, constituimus, pronun-  
 „tiamus, declaramus, Magnorumque  
 „Ducum Etruriæ Provinciæ, ut præ-  
 „fertur, eis subjectæ, nomine, titu-  
 „lo, & denominatione extollimus, &  
 „amplificamus, necnon eos dictæ Etru-  
 „riæ Provinciæ eis subjectæ Magnos  
 „Duces, & Principes ab omnibus no-  
 „minari, appellari, inscribi, dici, ho-  
 „beri, censer, & tractari debere vo-  
 „lumus, præcipimus, ac mandamus  
 „atque Cosmum Magnum Ducem, ejus-  
 „que Successores præfatos omnibus, &  
 „singulis exemptionibus, immunitati-  
 „bus, libertatibus, favoribus, præemi-  
 „nentiis, prærogativis, indultis, præ-  
 „vilegiis, aliisque quibuslibet gratis  
 „& honoribus, quibus alii vere libera-  
 „& directi Domini, ac Magni Duces  
 „& Principes etiam ducali, aut alia quæ-  
 „vis etiam majori dignitate præfulgen-  
 „tes



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

„tes, ac quacunq̃ue libera, & absolu-  
 „ta potestate fungentes, in genere, vel  
 „specie, in quibuscunq̃ue locis, pom-  
 „pis, sessionibus, celebritatibus, cere-  
 „moniis, & actibus publicis, vel pri-  
 „vatis, tam de jure, quam de consue-  
 „tudine, etiam in Aula nostra Vatica-  
 „na, & ubique terrarum, etiam si ali-  
 „qui alii Magni, & similes Duces, &  
 „Principes præsentēs fuerint, quoquo  
 „modo utuntur, fruuntur, potiuntur,  
 „& gaudere in futurum quomodolibet  
 „poterunt, & soliti sunt, non quidem  
 „ad illorum instar, sed pariformiter, &  
 „absq̃ue ulla prorsus differentia uti,  
 „frui, potiri, & gaudere posse, ac de-  
 „bere.

„Et insuper in evidens, clarumque  
 „propensæ nostræ voluntatis erga di-  
 „ctum Cosmum Magnum Ducem testi-  
 „monium, certamque dilectionis signi-  
 „ficationem, eum amplioris quoque  
 „gratiæ, & favoris prærogativa, ma-  
 „xime dignum censentes, ut juxta sen-  
 „tentiam Clementis quarti Prædecesso-  
 „ris nostri prædicti, ex majori decore  
 „ornatum Majoritas appareat digni-  
 „tatis, ipsum Cosmum Magnum Ducem,  
 „& ejus Successores hujusmodi regali  
 „corona, ut inferius depingi mandavi-  
 „mus, qua super eorum gentilibus in-  
 „signibus, ad illustrius, nobiliusque ipso-  
 „rum

Cc 2



Sæcul XVI.  
A.C. 1569.

„ram decus, & ornamentum, uti, eam-  
„que portare, ferre, & gestare, de-  
„pingique, & insculpi facere libere, &  
„licite possint, & valeant, motu, scientia,  
„ac potestatis plenitudine similibus  
„decoramus, exornamus, & insignimus,  
„decoratosque, exornatos, & insigni-  
„tos fore, & esse volumus. „

Postea Pius V. Alphonso Ferrariæ  
Duci, quamvis Ecclesiæ beneficiario  
jure obstrictus esset, minitabatur, quod  
tunc, si Cosmam, prout hucusque sua  
per Padum navigatione fecisset, deinceps  
turbare aggrediretur, illum sua  
dignitate dejicere velit.

Equidem hæc Pontificis decisio non  
modo Ferrariæ Duci, sed etiam Cæsari,  
ac Hispaniæ Regi insolita videbatur,  
nihilominus Cosmas prærogativa  
sibi a Pio V. concessa libere utebatur.  
quam in rem ineunte Mense Martio cum  
magnifico prorsus comitatu præmissis  
etiam duobus Cardinalibus, ipse spectabili  
Nobilium corona cinctus Romam contendit,  
eumque Pontifex honorifice recipiens  
suum ei Palatium pro diversorio  
destinavit, ubi etiam Dux præstito fidei  
juramento, sedique Apostolicæ obsequio  
cum ingenti pompa sceptrum unicum  
cum rosa sacrata a summo Pontifice accepit.



§. XC.

Sæcul. XVI.  
A.C 1569

*Cæsar novæ huic inaugurationi sese opponens, ac reclamans.*

Cum Maximilianus Imperator ejusmodi favorem Principi, qui tamen Imperii jurisdictioni erat obnoxius, a Papa impendi haud posse contenderet, nec non sibi soli hosce titulos, honoresque distribuendi jus competere arbitraretur, hinc suis Oratoribus rescripsit præcipiens, ut Scriptotenus reclamarent, additisque minis contra hanc Pontificis agendi rationem sese opponerent: verum illi ad plenum Purpuratorum confesum non admittebantur, sed eis duntaxat Cameræ Apostolicæ Advocatus declarabat, quod eorum repugnantia non admitteretur: nihilominus Cæsar prærogativam Cosinæ concessam penitus irritam declaravit:

*Thu. l. 46.  
Gabut. vita  
Pii V. l. 3.  
c. 16.*

§. XCI.

*Cardinalis Commendonus hujus actionis æquitatem Cæsari persuadere a Papa jussus.*

Ex hac dissensione cum forte funesta prorsus mala timerentur, hinc Papa Commendono tum in Germania agenti negotium dabat, ut rem componere fatageret: itaque accepto hoc mandato Commendonus cum Cæsare frequen-

*Gratian. vi-  
ta Commend.  
l. c.  
Thu. l. 46.*



Sæcul. XVI. tius conferebat, ac tranquille ejusdem  
 A.C. 1569. querelas, & planctus excipiebat.

## §. XCII.

*Commendoni oratio ad Cæsaris querelas.*

Præprimis Commendonus Cæsarem rogabat, ut huic controversiæ hand vehementius insistere, sed potius præsentem rerum statum in imperio, lucæ familiæ conditionem, necnon propriam fortem ponderare velit: postea hæc subiunxit: „si de querelis agitur, uter eorum, Cæsar, vel Pontifex æquiores querendi causam habeat, dubius hæreo: equidem Papa Magni Ducis nomine tribuit Cosmæ Medicæo maximo meriti Viro, qui non modo tibi sanguine junctus est, sed tu ipsemet eum affinitate tua honorare voluisti, dum Sororem tuam ei in uxorem concesseris: nunc vero hoc ei nomen aufere moliris, tuisque Oratoribus Romæ negotium dedisti, ut Pontifici hæc prærogativam concedendi jus non competere propugnarent: verum contendit Cosmas, se omnino liberum, ac neutiquam alterius jurisdictioni esse obnoxium, cum Florentina ejus urbs ingenti pecuniarum summa ab Imperii jurisdictione fuerit redempta: in cuius rei testimonium Rudolphi Cæsaris, qui



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

„qui domum Austriacam ad præsentem,  
 „supremamque dignitatem evexit, di-  
 „plomata præsto sunt, quibus ipse nul-  
 „lum ultra jus in hanc civitatem ha-  
 „bere declarabat: tamen nuper tui Ora-  
 „tores, quod tota Etruria Imperio sub-  
 „datur, divulgabant, quin tamen con-  
 „siderarent, quod magna hujus Provin-  
 „ciæ pars beneficiario jure sedi Apostoli-  
 „cæ obstricta existat: verum quam ma-  
 „gna dissensio, odiumque fuisset exor-  
 „tum, si summus Pontifex utilitatem  
 „publicam privatis hisce dissidiis non  
 „prætulisset, nec ipse cum Cæsarea Ma-  
 „jestate vestra tantum amicitiae, ac pa-  
 „ternæ bonitatis studio animatus agere  
 „decrevisset? de cetero quibusnam  
 „ex argumentis Majestas vestra, ejus-  
 „que Senatus deducere potuit, hanc  
 „potestatem Pontifici non competere:  
 „enimvero Majestati vestræ dubium ef-  
 „se haud potest, quod summi Pontifi-  
 „ces non modo in Principum titulos,  
 „sed in ipsos etiam Principes ejusmodi  
 „auctoritate gaudeant, si id religionis  
 „necessitas, fidesque, ac obsequium,  
 „quo sedi Apostolicæ obstricti sunt, de-  
 „postulat: nonne Clemens IV. Etruriam,  
 „quam vestri Aulici cæsarei juris esse  
 „contendunt, Carolo Andegavensi Nea-  
 „polis Regi donaverat: nonne summi  
 „Pontifices eandem toties pro summo



Sæcul. XVI

A. C. 1569

„imperio administrabant, quoties re  
 „rum necessitate ad id compellebantur.  
 „Ut vero ad exempla minus remo-  
 „ta, magisque luculenta progredian-  
 „tium, notum cuius est, quod exiguum præ-  
 „terfluxerit tempus, quo summus Poe-  
 „tifex dissidium, quod circa Hungariae  
 „Regnum inter Wenceslaum Bohemae  
 „Regem, & Dyrachinos fuerat exor-  
 „tum, composuit, sibi que reservata re-  
 „rum cognitione totum negotium de-  
 „cidit, ubi ejus sententia absque ullius  
 „repugnantia fuit recepta: insuper op-  
 „posuerunt tui Oratores Hispaniae Re-  
 „gem, quem etiam ad tuæ causæ pe-  
 „trocinium adducere niteris: verum  
 „quo jure ipse in Pyrennaeis Alpibus  
 „Navarræ Regnum possidet, certo non  
 „alio, nisi quia Julius II. Papa illo Regi-  
 „nam privabat, eo quod hæc cum Ec-  
 „clesiæ Romanæ hostibus iniquum fe-  
 „dus iniisset? si tamen hanc potestatem  
 „Pontifici abnegare velis, alterutrum  
 „admittere cogaris, quod Hispaniæ Rex  
 „hoc regnum Vindocinensi Familiæ  
 „quæ illud jure hæreditario ab Albre-  
 „tana domo acceptum sibi restitui pe-  
 „tit, aut reddere teneatur, aut semet-  
 „ipsum injustum possessorem agnosce-  
 „re debeat, cum contra æquitatem, ac  
 „Christiani, honestique Viri officium  
 „quamdam ditionem, ad quam nullum  
 „ei



„ei jus competit, detineat: ast nimium Sæcul. XVI.  
 „excurrerem, si omnes illas recen- A.C. 1569  
 „ferem occasiones, aut edicerem, quo-  
 „ties Pontifices supremam hanc pote-  
 „statem exercuerint, quotve ejusmodi  
 „diffidia non modo sua auctoritate, at-  
 „que opera, sed etiam legitima juris-  
 „dictione, & potestate deciderint: por-  
 „ro ut speciatim de jure, atque legiti-  
 „ma ejusmodi titulos, atque honorum  
 „prærogativas, quas vestri Cõsiliarii in  
 „dubium revocare nituntur, Principi-  
 „bus conferendi potestate differam, in  
 „memoriam revoco, quod Alphonsus  
 „VI. Hispaniæ Rex ob prosperas expe-  
 „ditiones contra Mauros factas suam  
 „Filiam Henrico Lotharingiæ Comiti  
 „in uxorem concesserit, eique illam sua-  
 „rum ditionum partem, quæ hodie-  
 „dum Lusitania appellatur, dotis no-  
 „mine donarit, ubi postea Alexander III.  
 „Papa eidem Lotharingio in fortitudi-  
 „nis suæ præmium, atque in obsequio-  
 „rum, quæ præclare Christianæ Rei-  
 „publicæ præstitit, compensationem  
 „Regis titulum attribuebat, quin Al-  
 „phonsus vel unquam sese illius Ponti-  
 „ficis consilio opponere ausus fuisset,  
 „quamvis non sine invidia Generum  
 „suum non minus potentem, atque nul-  
 „lius juri obnoxium, ac ipsemet erat,  
 „cerneret.

Cc 5

„Præ



Sæcul. XVI.

A.C. 1569.

„Præterea nonne summi Pontifices  
 „Poloniæ possessum regni titulum aufe-  
 „rebant, illumque denuo reddebant  
 „dum id eis bene visum fuerat? quin-  
 „mo eo etiam tempore, quo Poloni  
 „præcipue Cæsarum auctoritati subje-  
 „erant, Papa Boleslaum Regem, eo  
 „quod hic sacrilega manu Stanislaum  
 „Cracoviensem Episcopum singulari  
 „pietatis Præsulem occidisset, Regem  
 „suo exuit, ipsumque titulum, ac ro-  
 „giam dignitatem suppressit, quæ etiam  
 „sententia adeo exacte executioni man-  
 „data est, ut illi, qui Poloniæ impe-  
 „rabant, per ducentos quadraginta an-  
 „nos nunquam aliter, ac Duces sese no-  
 „minare auderent, quod tamen nec ex  
 „solicordia, neque ex ignavia, nec ex  
 „indulgentia eorum Principum, qui tunc  
 „regnabant, factum est: adhæc Hen-  
 „ricus IV. Imperator, licet maximus  
 „atque haud placandus esset Sedis Apo-  
 „stolicæ hostis, unquam nec ipse, nec  
 „ejus successores eodem odii impetu ag-  
 „gati hoc Papæ jus in dubium vocare  
 „præsumebant; evolutis autem hinc  
 „temporibus, cum Poloni maxime pro-  
 „prios suos honores recuperandi deli-  
 „derio flagrantes, atque aliunde  
 „præclara, quæ Religioni præstiterunt  
 „obsequia, fuissent hanc gratiam pro  
 „meriti, atque in Gallias, ubi tum Pon-



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

„tifices sedem suam fixerant, solem-  
 „nem Legationem decrevissent, a joan-  
 „ne XXII. impetrarunt, ut eorum Dux  
 „denuo Regis titulum assumere posset:  
 „porro qualis, quantusve illa ætate Im-  
 „perator erat? nunquid haud alius,  
 „quam Ludovicus Bavarus hostis, ac  
 „perpetuus Ecclesiæ Romanæ persecu-  
 „tor, qui etiam novum hunc honoris  
 „titulum Polonis invidebat, nec tamen  
 „unquam questus est, quod Poloni pro re-  
 „cuperando hoc jure ipsum non conve-  
 „nissent. Nec mihi persuadere valeo,  
 „quod Pius V. minus auctoritatis ha-  
 „beat, quam olim Joannes XXII., cete-  
 „rique summi Pontifices, nam eorum  
 „jura ab hominibus nunquam eis adimi  
 „possunt, nec Majestatis vestræ aucto-  
 „ritas est major illa, qua gaudebant  
 „Henricus, & Ludovicus Prædecessores  
 „tui, neque aliud te inter, atque illos  
 „intervenit discrimen, nisi quod tu ma-  
 „gnam pietatem, ac venerationem er-  
 „ga Ecclesiam foveas, econtra illi non-  
 „nisi aversione contra illam accensi, ac  
 „rebellionis impetu adversus Matrem  
 „suam agitati fuerint.

„Insupet nonne summi Pontifices  
 „in vestra Germania, vestraque Au-  
 „stria eandem exercuerunt potesta-  
 „tem? Rudolphus, Albertus, & Fri-  
 „dericus Romam ablegarunt suos  
 „Ora-



Sæcul. XVI. „Oratores, non questuros, sed grates  
 A. C. 1569. „repenfuros: fi vero ad ipsam poteftatis  
 „veftre, auctoritatisque originem de-  
 „fcendere oporteat, unde defumptis  
 „hoc ipsum Cæfaris *nomen*, quo Germa-  
 „nia omnibus aliis Christianorum Re-  
 „gnis superior evadit? postquam enim  
 „Romanum Imperium, cujus poteftas  
 „æque, ac Majestas in Orientem trans-  
 „lata erat, propria sua amplitudine  
 „exitium paraverat, ejusque Provin-  
 „ciæ per Barbaros fuerant devastate.  
 „quis fuit is, qui hoc Imperium parte-  
 „tus est? quis illius partem Germanis  
 „donavit? num vel unicus recenset  
 „poteft adeo Sedi Apostolicæ infensus  
 „ac veritatis inimicus, qui id a sum-  
 „mis Pontificibus factum, inficiari au-  
 „deat: his igitur concessum erat unam  
 „Imperii partem Græcis adimere, illam-  
 „que vobis dare unacum Cæfaris ti-  
 „tulo: ergo hodie dum non æque fit  
 „Papæ permissum tribuere Ducis, vel  
 „Regis titulum: aut cur nunc non ha-  
 „beant idem jus, quod ipsi vobis de-  
 „derunt? profecto, si hanc rem serio  
 „perpendo, suspicandi ansa mihi præ-  
 „betur, quod illi, qui hoc consilium  
 „non minus novum, quam in præfenti  
 „temporis vicissitudine perniciosum Ma-  
 „jestati vestræ fuggerunt, clandestina  
 „foveant consilia, quorum ope tumul-  
 „tus



„tus, ac diffidia augere, atque inter  
 „Majestatem vestram, & sacram Sedem  
 „contentiones suscitare moliantur.,”

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1569.

§. XCIII.

*Cosmæ Florentiæ Ducis rationes contra Cæsarem.*

Cum Cæsar ad harum rationum momenta nil, quod responderet, in promptu haberet, duntaxat ad hanc orationem addebat, se ex datæ fidei præcepto ad tuenda Imperii jura obstrictum esse. Ad hæc reposuit Cardinalis. „Si Vestra Majestas se ad propugnanda Imperii jura tam arcte obstrictam existimat, haud ægre ferre poterit, si & vicissim Pontifex Sedis Apostolicæ jura sollicitè defendat: quænam autem illa sint, satis, superque ostensum est.

Thuan. l. 46.

Postea Cosmas suas quoque rationes protulit, quæ tamen in idem ferme reincidebant, nam præter alia exposuit, quod Pipinus, cum Childericus Francorum Rex deponeretur, a Zacharia Papa in Galliarum Regem assumptus sit, ac Demetrius in Regem Croatiae, & Dalmatiæ, quæ Provinciæ sunt Regno Hungarico subditæ, a Gregorio VII. proclamatus fuerit, necnon Innocentius hujus nominis tertius Colam-Joannam creavit Reginam Bulgariæ, & Walachiæ, quæ itidem erant Provinciæ Hungari-

co



Sæcul. XVI. co imperio obnoxia. His alias etiam  
A.C. 1569. minoris tamen momenti rationes ad-  
 jecit Cosmas, ex quibus tamen ceteris  
 potissimum validior eruebatur ex æqui-  
 voluntate Pontificis, qui etiam Michael  
 Bonello Cardinali Alexandrino nego-  
 tium dabat, ut pariter cum Philippo  
 Rege hac de re ageret, remque eo de-  
 duceret, quatenus hæc controversia  
 amice componeretur. Referunt Histo-  
 ricorum nonnulli, quod Pontifex Sisto  
 Althempio Cardinali injunxerit, ut  
 tunc, nisi Cæsar æquis rationibus re-  
 confici pateretur, duo armatorum mil-  
 lia in Germania conscriberet: verum  
 re ad hanc necessitatem minime de-  
 ducta Cosmas Magni Ducis titulum quie-  
 te possidebat, postquam ingentem pe-  
 cuniæ summam Maximiliano dono de-  
 derat.

## §. XCIV.

*Capisucci Cardinalis obitus.*

*Ciacon. t. 3. pag. 853.*  
*Andr. Vi-*  
*stovel. in*  
*addit. ad*  
*Ciac. Ughel*  
*Italia Sacra.*  
 Hoc anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo nono sumamus Pontifex nullum sacro Purpuratorum Collegio adscripsisse, ex Cardinalibus autem nonnisi unicus fati cessisse legitur. Is erat Joannes Antonius Capisuccus patria Romanus, Nepos Pauli Capisucci anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo trigesimo nono de-

functi



Sæcul XVI.  
A.C. 1569.

functi, qui sub Clemente VII. & Paulo III. pluribus maximi momenti negotiis præfuit: ejus autem Nepos Joannes Antonius Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto a Paulo IV. Pontifice purpura decoratus est: porro is ex antiquissima Romanorum familia ortum traxerat, ac Romæ vigesima prima Octobris die Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo quinto, primam lucem aspexerat, postquam dein sui ingenii, prudentiæ, ac probitatis præclara in forensibus causis specimina dederat, ex Ecclesiæ Vaticanæ Canonico a Paulo III. Rotæ Romanæ Auditor creatus, atque a Paulo IV. Cardinalis renunciatus est, ubi etiam præter Laudensem Episcopatum sancti Pancratii titulum obtinuit, quem tamen sub Pio IV. primo in illum sanctæ Crucis in Jerusalem, ac denique in titulum sancti Clementis commutavit. Postmodum mortuo Vitellio Vitellofio a Pio V. subsignandis Gratæ rescriptis præfectus, atque inter Purpuratos Congregationis sancti Officii Patres numeratus est, acquisivitque Piceni administrationem adjecto Legati Apostolici titulo. Obiit Romæ die vigesima nona Januarii Anno post Christum natum millesimo quingentesimo sexagesimo nono, ætatis suæ an-

no



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569. no quinquagesimo quarto, ac sepultus fuit in Ecclesia tituli sui ad sanctum Clementem prope sacellum familiæ suæ. Scripsit is, ediditque pro sua Diocesi quasdam constitutiones, quas in Concilio ibidem celebrato condiderat.

## §. XCV.

*Nachiantæ, seu Naclanti mors.*

*Ant. de  
Sienna  
Bibl. Do-  
miniq.  
Echard de  
Script.  
Ord. Præd.  
tom. I.*

Die sexta sequentis Mensis Maji mortuus est Jacobus Nachianta, latino nomine Naclanti cognitus: Florentiæ natus percurso ibidem studiorum curriculo Ordinem sancti Dominici ingrediebatur, ubi etiam in Ordinis Sodalibus Theologiam prælegens Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo quadagesimo quarto Claudæ-Fossæ in Venetorum ditione Episcopus a Paulo III. renuntiatus, atque ad Tridentinam Synodum decretis Anno a partu Virginis millesimo quingentesimo quadagesimo sexto: verum ibi haud diu moratus inde secessit, quæsito adversæ valetudinis obtentu, retia men ipsa Legatorum præsentiam declinandam studio id faciebat; hi enim in illum vehementer erant commoti, eo quod Antonium Mariniarium Carmelitam contra Polum Cardinalem defendens incautius dixisset, nullam in Synodo libertatem Patribus relinqui: nihil.



hilominus postea sub Pio IV. rursus ad Sæcul. XVI.

Concilium reversus tertiæ Sessioni sub A.C. 1569.

eodem Papa celebratæ interfuit, pluraque opuscula typis impressa vulgavit, quorum præcipua sunt hæc: I. Commentarius valde prolixus in Divi Pauli epistolas ad Ephesios, & Romanos, ubi plures quæstiones Theologicas agit, atque præter alias præcipue de Prædestinatione, bonorum operum merito, sanctorum Intercessione, & de Adventu sancti Petri Romam. II. Absoluto hoc Commentario prodiit aliud opus, cui titulus: *Medulla sacre scripturæ*, seu pia, docta, & clara explanatio Mysteriorum Christi Domini, quibus adjectæ habentur omnes Mundi ætates præter exactam earum explicationem, ubi multæ reperiuntur allegoriæ, atque in qualibet ætate afferuntur figuræ, & Prophetiæ de Christo Domino, nec minus ibidem sex dierum opus allegorice explicatum habetur. III. Extant octodecim tractatus Theologici, quorum primus est de præsentia Christi Domini sub specie Panis II. de Communionem sub utraque specie III. De Sacerdotio Christi, & Sacrificio Crucis, atque Altaris IV. de Regno Christi. V. De Hierarchia, & Ordine VI. de Institutione Episcoporum. VII. De auctoritate Papæ, & Concilii, ubi Auctor *Hist. Eccles. Tom. XLVIII.* Dd sum-



**Sæcul. XVI.** summi Pontificis auctoritatem esse  
**A.C. 1569.** superiorem Concilio propugnat. VIII.  
 & IX. agunt de Concilii decretis, ubi  
 idem Author illis vim legis absque Pon-  
 tificis auctoritate deesse defendit. X.  
 De indulgentiis. XI. & XII. differunt de  
 Residentia: XIII. & XIV. de legibus Ec-  
 clesiasticis, de quibus observat, quod  
 earum quædam sunt Divini, aliæ vero  
 humani juris. XV. De Matrimonio  
 XVI. Demonstrare aggreditur, quod  
 Missa sit Sacrificium pacificum, & pro-  
 pitiatorium. XVII. Agit contra Matri-  
 monia clandestina, ubi Naclantus ob-  
 cet, quod Ecclesia potuerit, & debu-  
 rit illa declarare irrita. XVIII. Con-  
 tinet responsum ad quæstiones circa de-  
 monum potestatem propositas. Deinde  
 que postremum Naclanti opus agit de  
 Montibus Pietatis: ubi ad calcem  
 adjecit quædam Theoremata Scholæ  
 stica, Metaphysica, & Physica.

## §. XCVI.

*Sixti Senensis extrema, ejusque  
 opera.*

**Thuan. l. 46.** **E**odem hoc anno Sixtus Senensis sic  
**Possev. ap-** nativitatis suæ urbe dictus Genuæ  
**parat. Si-** nonnisi quadraginta novem annos  
**mon hist.** tus decessit. Natus is erat ex parenti-  
**crit. du** bus Judæis, quinimo ipsemet aliquam-  
**vieux Test.** diu in horum superstitione enutritus  
**l. 3. s. 17.** vixerat.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

vixerat: postquam vero Pius V. Papa  
 supremus FF. Prædicatorum Magister  
 Generalis evaserat, ab eo Christianæ  
 Religionis præcepta edoctus, necnon  
 sacro fonte renatus, ad hunc Ordinem  
 receptus est, sacroque habitu ab ipso  
 Pio indutus, reliquos vitæ suæ dies  
 transegit in Verbi Divini prædicatione,  
 necnon plurimum elucubratione operam,  
 quibus Ecclesiæ honorem promovit, ac  
 non modo Catholicorum, sed & ipso-  
 rummet Protestantium existimationem  
 promeruit, atque immota amicitia a  
 Pio V. Papa honoratus est, partim quia  
 ab ipso ad veræ fidei agnitionem ad-  
 ductus fuit, atque huic Papæ solida Sixti  
 pietas, necnon profunda eruditio, at-  
 que exacta linguarum latinæ, Græcæ,  
 & hebraicæ cognitio satis perspecta erat.  
 Scripsit Sixtus quamdam Bibliothecam,  
 celeberrimum tamen illius opus, licet  
 mendis pluribus haud careat, est Cor-  
 pus Biblicum in octo divisum libros, in  
 quibus sacros libros criticam ad artem  
 expendit, eosque explanandi metho-  
 dum præscribit. Hanc Bibliothecam  
 nonnisi anno Domini millesimo quin-  
 gesimo sexagesimo sexto, ætatis vero  
 suæ quadragesimo sexto publici juris  
 fecit, cujus acuratio editio est Colo-  
 niensis, quæ prodiit Anno Christi mil-  
 lesimo quingentesimo septuagesimo  
 sexto:

D d 2

sexto:



**Sæcul XVI.** sexto: anno autem sequenti ibidem etiam typis impressum fuit aliud ejusdem Auctoris opus latinum, in quo agit de arte interpretandi sacras literas insuper librum de usu Concordantiarum Bibliorum scripsit, atque edidit. I. quæstiones Astronomicas, Geographicas, & Physicas in diversa sacri Codicis loca II. varios sermones, & homelias. III. Epistolas problematicas in diversos sacrae Scripturae textus. IV. Synoposin epistolæ Divi Pauli ad Romanos V. quæstiones Scholasticas in eadem epistolam, quæ tamen opera nondum publicam lucem aspexerunt. Ceterum ejus Bibliotheca maximam utilitatem affert illis, qui sacrae Scripturae studio incumbunt, illiusque liber primus agit de Divisione, & auctoritate Sacrorum librorum: alter vero complectitur Dictionarium historicum, & Alphabeticum scriptorum, librorum, & Codicum, quos sacre Textus adducit, vel refert. Tertius exhibet artem explicandi sacras literas. Quartus continet Dictionarium Alphabeticum omnium Auctorum, qui in sacras literas scripserunt, præter illorum opera. Quintus habet collectionem adnotationum in plures veteris Testamenti Textus. Sextus est ejusmodi nota in libros novi Testamenti, adeo







Sæcul. XVI.  
A C. 1569.

postea Magdeburgi, Erfordix, ac Jense, ubi uxorem duxerat, necnon Lipsix & Heidelbergæ Theologiam tradiderat, ubi etiam a sui ævi doctissimis plurimum habebatur. Intererat quoque Eisenach colloquio per Augustum Saxonix Electorem circa Annum Christi millesimum quingentesimum quinquagesimum sextum convocato, ut ibidem quædam Religionis dubia circa bonorum operum necessitatem deciderentur: porro progressu temporis aliorum Theologorum vexationi expositus die vigesima septima Martii Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo quinquagesimo nono in carceres coniectus est, ibidem integro triennio hæerere coactus, nec minus postea hostium suorum invidia adactus sæpe hinc inde vagari compellebatur, tandem vero Heidelbergæ die vigesima quinta Junii nonnisi quadraginta quinque annos natus fatis functus est. Præcipua, quæ posteris reliquit, ingenii monumenta sunt I. epitome de notitia primi motus. II. Argumenta, & Scholia in vetus, novumque Testamentum. III. Tres partes locorum communium. IV. Enchiridion, seu Manuale locorum Theologorum. V. Scholæ Historicæ a creatione Mundi usque ad Christi Nativitatem.

§.XCVIII



§. XCVIII.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

*Paulus Eber alius Protestantium  
Doct̃or mortuus.*

Mense Decembri ejusdem Anni insuper e Protestantium grege periit Paulus Eber, seu Eberus in Germania Minister, qui Kitzingæ in Franconia die octava Novembris Anno a Christi nativitate millesimo quingentesimo undecimo natus dein Norimbergæ, ac Wittembergæ studiorum stadia emenius est, & Melanchtonis amicitiam sibi concilians ibidem humaniores literas, ac Theologiam cum magna laude tradebat. Intererat etiam Colloquio Wormaliensi, atque Anno reparatæ Salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo Wittembergensis Minister creatus est: postea autem Jenam profectus ibidem literas docuit, aliisque inter Protestantes officii defunctus est: tandem etiam accessit Altemburgense colloquium, anno priori die vigesima Octobris inchoatum, Wittembergam vero reversus anno ætatis suæ quinquagesimo octavo animam exhalavit. Exstant diversa ejus opera, ac præprimis Historia de populo Judaico, & Calendarium historicum præter alia.

*Melchior  
Adam in  
vit. Juris-  
con. & Phil.  
Med. Germ.*



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

§. XCIX.

*Danielis Barbari fata.*

*Thuan. l. 46.  
Gesner. in  
Bibliothec.*

Hoc item anno Italia deplorabat obitum Danielis Barbari, qui præclarum Venetæ Reipublicæ ornamentum celeberrimi Hermolai Barbari Pronepos erat. Hic Philosophicis, ac Mathematicis disciplinis apprime eruditus, sicut olim ejus Pro-Patruus, qui Aquilejensis Patriarcha designabatur, dicere solebat, *si Christianus non essem, in Aristotelis verba jurarem: tanti enim habebat ingenium hujus Philosophi, qui juxta Hermolai opinionem tam feliciter veritatem indagavit, ut illam etiam solis naturæ viribus in qualibet nature parte invenerit.* Postea Barbarus seipsum penitus Theologiæ studio utpote status sui conditioni magis congruo dicavit, pluraque Græcorum Patrum opera latine reddidit, quorum aliqua typis impressa prodierunt. Obiit hoc anno die decima tertia Aprilis, vix inchoato quadragésimo primo ætatis suæ anno. Ceterum semper a fastu, & ambitione plurimum alienus vitæ suæ dies transigebat.

§. C.

*Cælius Secundus Curio fati fundus.*

*Thuan. l. 6.* Cælius Secundus Curio pariter sequentis Mensis Novembris die viginti



gesima quarta anno ætatis suæ sexagesimo septimo mortalitatem exiit, ob Historiam a se conscriptam valde commendandus. Is die prima Maji Anno a partu Virginis millesimo quingentesimo tertio San - Chiricii in Pedemontio primam lucem aspexerat, fueratque ejus Pater Jacobus Troterus Curio, Vir nobilis, ac illustrioribus hujus ditionis Proceribus sanguine junctus, cui ex viginti tribus prolibus postremus Filius nascebatur Cælius, qui nono ætatis suæ anno parentibus orbat, & dein prius privato Magistro usus in Castro Montis Galerii literas didicerat, postea autem scholas publicas frequentans, inde Taurinum petebat, ubi per aliquot annos, eloquentiæ, arti Poeticæ, & Historiæ sub celeberrimis Professoribus operam navabat, ibidemque civili jurisprudentiæ incumberebat sub Francisco Sfondrato postea Cardinali: vix autem vigesimum ætatis annum egrediebatur, cum fama, quam in Germania nefanda Lutheri, & Zwinglii opera concitabant, pariter hujus imprudentis juvenis curiositatem acueret, atque in horum librorum lectione delectaretur, ubi, cum aliunde novitatum studiosus esset, facile incautus hæresis venenum suxit, moxque hosce errores complecti statuit: ut autem eo liberius hanc sectam

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1569.

*Elog. de Tassier t. I. p. 358.*  
*Hofman. lexic. tom. 4. p. 509.*



Sæcul. XVI. etiam profiteri posset, unacum duobus  
 A. C. 1569 aliis juvenibus pari fato seductis iter  
 in Germaniam instituit: porro cum cir-  
 ca varia religionis capita nimis im-  
 moderata licentia inter se conferrent, apud  
 Ypernensem Episcopum accusabantur,  
 a quo etiam comprehendi, atque ad  
 Caprianam arcem deduci jubebantur.  
 Cælius ibidem captus integro bimeltri  
 hærebat, quo spatio evoluto ad preces  
 quorundam Amicorum, quos inter hu-  
 jus patriæ Nobiles numerabat, liber-  
 tatem recuperabat, prius tamen serio  
 ab Episcopo admonitus, ut deinceps  
 magis sapere disceret. Verum ille ne-  
 glexit hanc admonitionem, atque Y-  
 prensis Episcopi bonitatem, qua hunc ju-  
 venem unacum recommendatiis litem-  
 ris ad proximam Sancti Benigni Abba-  
 tiam mittebat, penitus sprexit, quin-  
 imo Sanctorum Agapeti, & Tiburtii re-  
 liquias ex hoc Monasterio suffuratus  
 eas hinc inde dispersit, atque earum  
 loco in theca reposuit Biblia, quæ rur-  
 sus ex ejusdem Conventus Bibliotheca  
 furto abstulerat, hisce autem Bibliis  
 hanc latinam inscriptionem affixit: *Ec-  
 ce arcam fœderis, ubi vera quærenda sunt  
 oracula, quæ Sanctorum reliquias conti-  
 nent.* Patrato sacrilego hoc furto pau-  
 lopost Mediolanum versus contendit, in-  
 de vero Romam, ac subinde plures  
 Italiæ urbes peragrabat, demum vero  
 Me-



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

Mediolanum reversus erat, ubi per plures  
 annos commoratus semetipsum hære-  
 ticorum pabulo assidue pascebat, ac po-  
 stea alios perversis doctrinis imbuebat,  
 unde plurium Nobilium Protestantium  
 venerationem, atque existimationem  
 sibi conciliabat, ac demum Anno Chri-  
 sti millesimo quingentesimo trigesimo  
 uxore ducta paulopost Casali Montfer-  
 ratensis ditionis Metropoli sedem fixit,  
 ubi plures annos transigens demum in  
 patriam, ac postea Ramenium prope  
 Montem Galerium contendebat, ubi  
 quadam die, cum Dominicanum quem-  
 dam acriter in Lutherum invehi, eique  
 nova crimina, novasque opiniones hæ-  
 reticas, quarum tamen reus non erat,  
 imputare audiret, huic immoderato  
 Concionatori respondendi veniam pete-  
 bat, qua obtenta huic Monacho dixit:  
 „Pater mi, horrenda Lutheri imputa-  
 „sti, in quonam autem loco hic talia  
 „enuntiavit? potesne ostendere librum,  
 „in quo ejusmodi doctrinam tradidit? „  
 Ad hæc religiosus, „libri præsto mihi  
 „non sunt, ac propterea ostendere non  
 „valeo, hos autem errores Taurini ex  
 „Luthero ostendere paratus sum, dum-  
 „modo me eo comitari vis. „ Repo-  
 „suit Curio Cælius: „ego autem oppo-  
 „situm illis, quæ dixisti, mox tibi osten-  
 „dam. „ His dictis ex sacco extrahens  
 Lu-



**Sæcul. XVI.** Lutheri commentarium in epistolam ad  
A. C. 1569. Galatas cum tanta verborum amplitu-  
dine Dominicanum redarguebat, ut po-  
puli fæce in eum irruente ægre fure-  
tium manus evadere potuerit: porro  
Inquisitores, atque Episcopus Tauri-  
nensis hanc rem edocti mox Curiones  
comprehendi iusserunt, cum autem  
Episcopus illum populi multitudine sub-  
fultum cerneret, quid hac in re agen-  
dum esset, Romæ a summo Pontifice  
exquirebat: interea vero Curio pedi-  
bus catena constrictus ad locum magis  
occultum deducebatur, vigili oculis  
custoditus: nihilominus noctis beneficio  
famelitum suorum sedulitatem eludens  
Salodium Mediolanensis Ducatus oppi-  
dum secessit, ac postea Papiam contem-  
dit, ubi exacto triennio Venetias affu-  
gere compellebatur, eoquod Papiensis  
Senatus eum comprehendere sub ana-  
thematis pœna a Papa iussus esset: ita-  
que Venetiis excedens, primo Ferrar-  
iam, Lucam, ac denique Lausanam  
in Helvetia secessit, ubi Collegii Rector  
creabatur, inde vero Anno Christi mil-  
lesimo quingentesimo quadragesimo sep-  
timo Basileam contendebat, ibidem-  
que artem Rhetoricam, ac humaniores  
litteras per viginti duos annos usque  
ad mortem suam publice profiteri cogebatur.  
Ceterum plurima edidit opuscu-  
la.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

la, quæ ferme potissimam partem ty-  
pis excusa prodire: porro magis ex il-  
lis decantatum est illud, cui titulus:  
*De amplitudine Beati Regni Dei* in duo-  
bus libris Anno salutis nostræ millesimo  
quingentesimo quinquagesimo quarto  
Basileensibus literis excusum, in quo  
Cælius se magnum in Theologicis idio-  
tam ostendit; quippe in hoc opere com-  
probare nitebatur, quod electorum nu-  
merus reprobis longe major sit, cum ta-  
men id aperte Evangelio adversetur:  
stupendum vero hoc paradoxon sequen-  
tibus hinc omnino ineptis rationibus ful-  
cire sategit. I. Si Diaboli regnum magis  
amplum esset Dei regno, Sathan Deum  
in potentia superaret. II. Libri Sacri,  
prout tamen faciunt, misericordiæ Di-  
vinæ thesauros non extollerent, si Deus  
nonnisi exiguum hominum numerum  
salvare intenderet, atque ceteros omnes  
ad æternas pœnas destinaret. III. Quam-  
vis Evangelium pluribus populis non  
fuisset annuntiatum, nihilominus fuis-  
sent salvati, dummodo legem natura-  
lem observassent. Porro quarto post  
editum hunc librum anno Petrus Pau-  
lus Vergerius Cælium propter postre-  
mum hunc articulum impugnabat, ejus-  
que doctrinam apud Basileensem Sena-  
tum denunciabat, quapropter Cælius  
suam apologiam concinnare compulsus  
est.

§. Cl.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

§. CI.

*Secundum Concilium Mediolanense  
Sancto Carolo Borromæo inditum.*

Postquam Sanctus Carolus Borromæus  
Mediolanensis Archiepiscopus re-  
motissimos Diæcesis suæ fines iultrave-  
rat, atque anno priori Humiliatorum  
Ordinem ad veterem disciplinam revo-  
caverat, unice eo intentus erat, ut se-  
cundam Synodum cum universo suo  
Clero celebraret, hacque ratione ex-  
acte exequeretur decreta Tridentini Con-  
cilio, quod singulis trienniis Provinci-  
alem Synodum cum suis Episcopis Sub-  
fraganeis haberi, Metropolitanis injun-  
xit: itaque evolutis a prima sua Syno-  
do tribus annis secundum Concilium  
cogere paravit, illudque die sexta Mar-  
tii hoc anno datis literis indixit, ac pro  
eo celebrando diem præfixit vige-  
simam quartam Aprilis. In sua epistola  
omnes Provinciæ suæ Episcopos hortan-  
batur, ut ad hanc Synodum conven-  
rent, nisi saltem legitima ex causa præ-  
pediantur, ubi postea hæc subiungit:  
*Monemus præterea, ac per viscera  
Christi Domini hortamur omnes provinciam  
nostræ fideles, ut assiduis precibus, re-  
quisque Christianæ pietatis officiis a Deo  
misericordiarum, & Patre totius consolati-  
onis, nobis negotium tam salutare tre-*



stantibus auxilium implorent, quo facilius  
 nos, ejus ope adjuti, in conspectu animi  
 habentes exemplum gravissimæ, & sanctis-  
 simæ disciplinæ, quæcunque ad eam resti-  
 tuendam accommodata, necessariaque sunt,  
 ea sine ullis hæsitacionibus decernamus,  
 tum ad Dei ipsius Gloriam, tum ad eo-  
 rum, qui in nostra fide, curaque conquies-  
 sunt, salutem.

Pariter iisdem Episcopis injunxit,  
 ut quilibet ex sua Diæcesi deputaret  
 duos Ecclesiasticos doctrina, morum-  
 que integritate conspicuos, qui in cun-  
 ctos abusus, & corruptelas inquirant,  
 easque Concilii tempore coram ipso de-  
 nuntient: idem quoque a Synodicis te-  
 stibus fieri voluit, ut per ipsorum in-  
 quisiones de cujuslibet Diæcesis statu  
 certior fieret, & decreta, per quæ ejus-  
 modi abusibus remedium opponatur,  
 sanciri valeant: insuper præcepit, ut  
 populus die Dominica ante Concilii ce-  
 lebrationem sacram Synaxin sumeret, at-  
 que Ecclesiam Metropolitanam acce-  
 dens pro felici successu Deum exoraret,  
 quem in finem in Parochiis publicas  
 supplicationes institui jussit.

§. CII.

*Hujus Concilii decreta circa disci-  
 plinam.*

Hujus

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1569



Sæcul. XVI.  
A.C. 1669.

Labb. Col-  
lect. tom. 15.  
p. 338.

Hujus synodi acta præprimis comple-  
ctuntur orationem ad Concilii ini-  
tium ab hoc Sancto Archiepiscopo pro-  
nuntiatam: postea autem tres tituli  
seu capita recitabantur, quorum pri-  
mum viginti novem decreta continet,  
exponitque ea, quæ ad conservandam  
fidem, Sacramentorum administratio-  
nem, ceterasque Parochorum functio-  
nes necessaria sunt, ac quidem in pri-  
mo decreto præcipitur, ut quilibet hæ-  
reticos, aut de hæresi suspectos, vel  
ipso Episcopo, vel hæreticæ pravitate  
Inquirenti denuntiet. II. Episcopis in-  
jungitur, ut quilibet Episcopus Cate-  
chismum imprimi curet, Parochi vero  
adolescentes fidei rudimentis imbuant.  
III. mandatur, ut quædam institueren-  
tur sodalitates, quæ crimen Blasphæ-  
miæ eradicare nitantur. IV. prohibe-  
tur, ne in ejusmodi sodalitatibus quic-  
quam fiat, quod doctrinæ fidei, & pi-  
tati Christianæ repugnat. V. Episcopi  
jubentur sollicitè Pontificum Bullas pro-  
mulgare, earumque librum conficere.  
VI. præscribitur Episcopo, quod in suis  
visitationibus duntaxat idoneos Sacer-  
dotes adhibeat. VII. injungitur Epi-  
scopo, ut nullum munus, Benedictio-  
nem, vel consecrationem perficiat, quin  
illius mysterii vim, & rationem pie ex-  
plicet. VIII. insinuatur Episcopo, qua-  
tenus



Sæcul. XVI.  
A. C 1569.

tenus curet, ut iis, quibus cura Pastoralis comittitur, ad vitam honeste sustentandam debiti redditus attribuantur.

IX. Episcopis inculcatur, ut librum habeant, in quo descriptæ sint Parochiæ, ad quas oleum, aut chrisma transmittendum est, hæc vero non ab aliis deferantur, nisi ab iis, qui sacris Ordinibus initiati sunt. X. Præcipitur, ut Patrini, & Matrinxæ, seu Compatres eligantur morum probitate insignes, ac in fidei rudimentis instructi. XI. Permittitur Parocho, ut eam Sanctissimæ Eucharistiæ particulam solum deferat, quam æger percepturus est, ita tamen, ut tunc, cum inde Parochus redit, nec superpelliceo, nec stola indutus sit, neque tintinnabulum pulsetur, neque umbella adhibeatur, extinctis etiam luminibus, nec palam vasculum deferatur.

XII. Agitur de communione Pascali, ac quibusnam sit administranda discernitur. XIII. imponitur Episcopo, ut eos, qui Paschæ tempore Eucharistiæ Sacramentum non sumpserint, Ecclesiæ ingressu, & Ecclesiastica sepultura interdictos, in propria parochiali Ecclesia denunciari jubeat,

XIV. Monetur Episcopus, ut de vita, & moribus mendicorum vagantium diligenter inquirat, in itaque alia ratione

*Hist. Eccles. Tom. XLVIII.* E e ne



Sæcul. XVI. ne curet omnino, ut sacro Paschæ tempore illi communicent.  
A.C. 1569.

XV. Jubetur Parochus, ut tunc, dum vel Sacrosanctam Eucharistiam, vel sanctum extremæ Unctionis oleum ad ægrum defert, in via septem psalmos ex animo, pieque dicat, vel alias religiosas preces.

XVI. Interdicitur, ne oratio, quæ quadraginta horarum dicitur, ulla in Ecclesia extra Ordinem constituatur, sine Episcopi concessu.

XVII. Innovatur constitutio Pii V. qui propositis excommunicationis, aliisque pænis jussit, medicos ab ægrotantis curatione post triduum abstinere, nisi eo tridui spatio de peccatis suis confessus ille sit.

XVIII. Interdicitur publicis Usurariis sepultura Ecclesiastica, nisi evidenter constet, quod illis, a quibus usuras exegerunt, satisfecerint.

XIX. Omnis usurarius contractus condemnatur, ac rejicitur.

XX. Parochis injungitur, ut eos, quibus ob infirmam valetudinem, aut ob aliam justam causam permissum erit, quadragesimæ diebus carne, aut aliis eo tempore vetitis cibis vesci, pie admoneant, ne publice, neve etiam cum domesticis, sed separatim in remotiori



tiori ædium loco ejus generis cibum <sup>Sæcul XVI.</sup>  
capiant. <sup>A.C.1569.</sup>

XXI. Agitur de excommunicatis, atque Episcopus jubetur, quatenus eorum nomen palam in omnibus Ecclesiis denuntiari, atque ad Cathedralis Ecclesiæ valvas affigi curet, ne alii eorum commercio, & consuetudine utantur, donec Episcopus eos a censura absolutos declaraverit.

XXII. Datur adhortatio, ut per jejunia, publicasque preces Dei auxilium impleretur, quatenus Episcopus in eorum delectu, quibus ordines confert, Spiritus Sancti lumine illustretur, ut illi, quibus conferuntur, in vitæ sanctitate, doctrina, religiosisque virtutibus proficiant.

XXIII. Executio Decreti Concilii Tridentini demandatur, vi cujus Episcopus prohibetur, ne Clericum regularem, neve sæcularem, qui regularium more in communi vitæ disciplina sit, beneficiumque Ecclesiasticum non habeat, ordinibus sacris adscribat, nisi a Superiore fidem ille attulerit, se religionis, cui adscriptus est, professionem confecisse.

XXIV. Præscribitur, ut quicumque aliquem Ecclesiasticum ordinem suscipit, is, prout Tridentino Concilio iussus est, certæ Ecclesiæ adscribatur, in



Sæcul. XVI  
A C. 1569.

qua functiones, quas ei Episcopus præscripserit, obeat.

XXV. Episcopus prohibere jubetur, ne animarum curatores, qui in hæreticorum finibus, vel in locis finitimis habitant, ubi unicuique liberum est, publice, & impune hæreticorum more vivere, matrimonii, quod inter parochiæ suæ, & illorum locorum incolas contrahendum est, secundam denuntiationem faciant, neque eos matrimonii conjungant, aut denuntiationum, quæ pro matrimonio celebrando factæ erunt, fidem, ac testimonium ad ea ipsa loca, ubi illud ineundum est, mittant; nisi prius ejus, qui in locis hæreticorum, aut hæresis nomine suspectis habitat, nomen, & cognomen Episcopo denuntiarint.

XXVI. Dantur regulæ, vi quarum vagorum, vel fixum domicilium non habentium matrimonia prohibentur.

XXVII. Reservatur Episcopo ablutio eorum, qui ante matrimonii celebrationem fornicatione sese polluerant.

XXVIII. Sancitur, ut Parochus omnes matrimonium ineuntes in sua Ecclesia conjungat, nisi aliter Episcopus permiserit.

XXIX. Denique statuitur, ut contra Concubinarios legitime admonitos si concubinas non ejecerint, abducentur.



rintque se omnino ab earum consuetu- Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.  
dine, Episcopus, etiam Tridentini Con-  
cilii auctoritate, tam excommunicatio-  
ne, quam aliis præterea pænis, severe  
agat.

§. CIII.

*De iis, quæ ad Missam, divina offi-  
cia, Ecclesiæ cultum, & ad Ecclesia-  
sticos spectant.*

Alter titulus de Missa, Divinis offi- Labb. p. 349.  
ciis, aliisque ad Ecclesiasticos spe-  
stantibus agit, ac triginta sex decreta  
complectitur, quorum primo decerni-  
tur, ne alienæ Diæcesis Clerici absque  
commendatitiis literis ab ullo Episcopo  
recipiantur.

II. Præcipitur, ut Missas celebra-  
di facultas sexto quoque Mense ex Su-  
perioris concilii decreto renovetur.

III. Prohibentur omnes Sacerdotes,  
ne in Monialium Ecclesiis, ac ne in iis  
quidem, quæ Episcopi curæ subjectæ  
non sunt, etiamsi illis ubique celebra-  
di facultas generatim, nisi a Sede A-  
postolica eis data esset, Missæ sacrum  
facere audeant, præterquam cui nomi-  
natim id ad Episcopo concessum est.

IV. Ab Ordinis sui munere suspen-  
duntur Canonici, si præscripto tempo-  
re



Sæcul. XVI. re Missam celebrare contempserint, vel  
A. C. 1569. neglexerint.

V. Eadem pœna imponitur illis, qui ex beneficii onere Missam dicere tenentur, & huic legi non satisfaciunt.

VI. Præcipitur, ut tunc, cum Corpus Jesu Christi Domini sustollendum est in Missa conventuali, & in ea item Missa, quæ in unaquaque parochiali Ecclesia a parochio celebratur, signum sono campanæ detur: cujus soni significatione fideles, qui in Ecclesia Missæ Sacrificio non intersunt, admoniti ad tanti, tamque magni mysterii, ac beneficii recordationem animum excitantes, mente supplici religiosas preces pie adhibeant.

VII. Mandatur, ut Processiones intra Octavam Corporis Christi non fiant, nisi quibus Ecclesiis Episcopus concesserit, iisque facultatem tantum det, ut mane, non a prandio habeantur, nisi temporis injuria impediret, quo minus mane obiri possent.

VIII. Lex imponitur, ut tunc, cum primum per Metropolitanæ literas Concilii provincialis celebrandi dies Episcopis significata fuerit, ipsi curent, ut in omnibus, & urbis, & Diœcesis suæ parochialibus Ecclesiis, quinta quaque feria, in singulas hebdomadas, quoad illud de more absolutum, ac dimissum erit,



erit, Missa de Spiritu Sancto celebretur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

IX. Agitur de veneratione Ecclesiis debita, atque ab iis exhibenda, qui vel publicis supplicationibus, vel exequiis interfunt.

X. Sancitur, ut sexta quoque feria, in singulas hebdomadas paulo ante horam nonam, signum in unaquaque Ecclesia, campanæ sono detur, quo fideles admoniti, eadem hora Jesu Christi Domini passionem omni intima mentis pietate recolant, terque Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam ex animo pronuntiantes, quadraginta dierum indulgentiam, quam in sua quisque Episcopus Diæcesi concedat, consequantur.

XI. Episcopi curare jubentur in sua quisque Diæcesi, ut officia Divina, quæ singulis Canonicis horis præstari debent, & publice in Ecclesia, & privatim a singulis Sacerdotibus, clericisque inferioris Ordinis, qui illa obire debent, celebrentur, & peragantur ad præscriptam Breviarii Romani nuper editi rationem, nisi tamen Ecclesiæ ejusmodi sint, in quibus ex veteri consuetudine, prout summi Pontificis Pii quinti literis, eo nomine confectis, cautum est, alius ritus, aliaque ratio adhibeatur.

Ee 4

XII.



Sæcul. XVI.

A C 1569

XII. Rituum disciplina, studiumque inculcatur.

Cetera decreta respiciunt ritus Ecclesiasticos, eapropter decreto decimo tertio sancitum, ut in singulas hebdomadas Canonici conventum celebrent, in quo ante omnia profana negotia agatur de Divinis officiis, & de illis, quæ ea negligunt.

XIV. Præcipitur, ut mortui funus ejusve, qui ejusdem Ecclesiæ, aut in ea dignitatem obtinebat, Capituli sumptibus a reliquis Canonicis fiat.

XV. Admonentur Parochi vicini, ut Clericum, ubi ægrotat, statim invitant, ac sacram Eucharistiam, & cum opus erit, sacrum extremæ Unctionis oleum. Idem Parochus vicinior eidem ministrat, atque illius morientis animam Deo religiosis precibus commendat, ejusque mortui funus celebrari curet, ac quævis ad defuncti animæ salutem Missæ Sacrificium faciat, ac decimo post die omnes in defuncti Ecclesia conveniant, ubi Missam ritu solemniori celebrent.

XVI. Candelas relinqui deciduntur Sacrificiæ illius Ecclesiæ, in qua mortuus fuit sepultus.

XVII. Ecclesiæ monentur, ne piis legatis privent illos, quibus hæc sunt destinata.

XVIII. Prohibetur, ne quis ad templum



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

ornanda ejusmodi peristromatis, aulæisque utatur, quæ obscænis figuris intexta sunt, neque item pictas imagines, & signa adhibeant, quæ vel Ethnicorum hominum, vel aliarum rerum, loci sanctitati repugnantium, formam, ac speciem præferant.

XIX. Ornamenta Ecclesiæ ad usus profanos adhiberi vetatur.

XX. Hæ vestes, & Ornamenta in Missæ Sacrificio, ceterisque divinis officiis ne prius adhibeantur, quam solemnibus precibus ad Episcopo, vel ab alio, qui auctoritatem habet, benedicta sint.

XXI. Pariter Libri Sacri Veteris, & Novi Testamenti, volumina item Sanctorum Patrum nostræ fidei interpretum, tum scripta etiam Ecclesiastica, quibus res, & verba Divina consignata sunt, etsi temporis vetustate omnino consumpta, ad rerum tamen vilium, ac sordidarum usum ne ullo pacto convertantur, sed in ignem potius conjiciantur.

XXII. Curet Episcopus, ut non laicorum hominum ædes in posterum ædificentur, quæ Ecclesiarum parietes ulla ex parte attingant: sique vero fenestræ, siue Ecclesiasticarum, siue laicarum ædium in ipsis Ecclesiarum parietibus insunt, unde in Ecclesias conspectus sit, efficiat, ut duobus saltem post hujus



Sæcul. XVI. concilii promulgationem mensibus ob-  
A. C. 1569. struantur.

XXIII. Interdicitur, ne in Ecclesia laici homines de rebus profanis, aut de iis, quæ ad ipsam Ecclesiam non pertinent, congregationes, concilia, vel quæ Parlamenta publica dicunt, habeant,

XXIV. Episcopus prohibeat, ne in ullis eleemosynarum oblationibus, quæ cuiusvis Ecclesiæ fiunt, musica instrumenta, organo excepto, in Ecclesia adhibeantur, neve alia fiant, vel gerantur, quæ domo Dei indigna sunt: item vetet, ne puellæ eleemosynas Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum hominum nomine quærentent: nisi modeste sint vestitæ.

XXV. Monetur Episcopus, ut ipse tertio quoque mense saltem, nisi iusta causa impeditus sit, seminarium visite, in eoque visitationis munere, etiam si modo ei videbitur, alios doctos, & pios viros adhibeat, & tum de Magistrorum diligentia, tum de progressibus quos & in vita, disciplina, & in literarum studiis seminarii clerus habuerit, accurate inquiret.

XXVI. Diaconi, Subdiaconi, & reliqui inferioris ordinis Clerici jubentur, ut confessionem, & communionem frequentent, prout superiori Synodo Provinciali præscriptum eis est: confiteantur



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

tur autem iis tantum sacerdotibus, quos ad audiendas eorum confessiones idoneos Episcopus, & in urbe, & in Diœcesi comprobabit: dummodo talis sit numerus ejusmodi Sacerdotum, ut confiteri volentes delectum habeant inter illos: sacræ vero Eucharistiæ communionem in propria Parochia, vel in alia Ecclesia, quam Episcopus statuere, diebus festis percipient, idque in Missa solemni fiat.

XXVII. Mandatur, ut Canonici, aliique Clerici prædicationi, ac lectionibus, quas ipsis Episcopus præscripserit, interfint.

XXVIII. Clerici, qui certæ ecclesiæ ministerio adscripti non sunt, Dominicis, festisque singulis diebus in parochiali ecclesia, in cujus finibus eorum quisque habitat, vel Ecclesiasticum beneficium obtinet, quod residentiam non requirit, aut in ea, quæ Episcopo videbitur, rectori operam, atque adjumentum navent ad Divina officia celebranda; porro Rector tertio quoque Mense desuper Episcopo referat.

XXIX. Episcopus Sacerdotes aliquot vitæ integritate, & scientia probatos in urbe deligat, a quibus Clerici inferioris ordinis, sæpe convocati, vitæ Ecclesiasticæ moribus instituantur.

XXX. Agitur de modo, quo conven-

ven-



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

ventus inter Parochos circa res Ecclesiasticas habendi sint.

XXXI. Præscribitur habitus Ecclesiasticus pro iis, qui in dignitatibus constituti sunt, necnon pro ceteris.

XXXII. Clericis injungitur, ut nullas mulieres etiam quavis dignitate illustres, doceant legere, scribereve, aut canere, aliove cujusvis generis musico instrumento sonare, nisi ii sint, quibus ætate, moribus, & vita probatis, Episcopi judicio id permissum est, facultate ab eodem scriptis data: item inhibetur, ne libris de musico cantu obscene, vel parum pudice conscriptis illi utantur.

XXXIII. Agitur de conviviis, quæ Parochus exequiarum causa, vel ob alias rationes instruere tenetur, ubi frugalitas commendatur.

XXXIV. Parocho injungitur, ne in suis ædibus nuptias fieri permittat, neve ibidem propter nuptias quidem fabretur, vel comœdiæ, aut spectacula agantur.

XXXV. Episcopo mandatur, ut Clericum alienum, qui in propria Diœcesi deliquerit, & ad suam Diœcesim confugerit, proprio illius Episcopo petenti remittat, & si talis Clericus delinquerit, illam comprehendi, & ad illum mitti curet.

XXXVI.



XXXVI. Præcipitur, ut is, qui im-  
 petrata ab Ecclesia discedendi facultate,  
 aliquamdiu abfuerit, mensis faltem spa-  
 tio, postquam redierit, Episcopum de  
 suo ad Ecclesiam reditu certiozem fa-  
 ciat.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1569.

§. CIV.

*De iis, quæ ad bona, & jura Ecclesia-  
 rum, piorumque locorum attinent.*

Tertius Titulus, viginti duobus decretis  
 absolutus respicit bona, atque Eccle-  
 siarum jura, ubi in primo decreto decla-  
 ratur, quod is, qui deinceps Ecclesia-  
 stici beneficii possessionem adipiscetur,  
 ejus beneficii titulum, etiam antea non  
 monitus, ad mensem Ordinario suo  
 ostendat.

II. Fit monitio, ut caveant Episco-  
 pi, ne passim, atque indistincte omnes  
 beneficiorum Ecclesiasticorum cessiones  
 admittant.

III. Præcipitur, ut Canonici, quam-  
 primum erunt adscripti, atque admissi,  
 mox proventibus fruantur, ac prava  
 tollatur consuetudo eorum, qui ab eis  
 petunt, ut per sex Menses choro adsint,  
 quin eis distributiones concedant.

IV. Abrogatur usus, vi cujus Cano-  
 nicus nuper creatus, quos fructus præ-  
 bendæ suæ primo anno percipiet, eos  
 omnes, vel aliquam eorum partem fa-  
 bricæ



**Sæcul. XVI.** bricæ Ecclesiæ, aut Sacrificiæ aliterve pio  
**A.C. 1569.** loco solvat.

V. Reprobatur proventuum celsio  
 Patronis, aliisque facta.

VI. Reprimitur bonorum Ecclesi-  
 sticorum permutatio absque Superioris  
 auctoritate.

VII. Damnatur eorum alienatio, nisi  
 ex Canonum præscripto sit facta.

VIII. Mandatur, ut Ecclesiastica bo-  
 na quovis nomine alienata, quacunque  
 ratione ad Ecclesiam redierint, etiam  
 alicujus Ecclesiæ bonis incorporata non  
 sint, non amplius ad longum tempus  
 locentur, neve quovis nomine alienen-  
 tur, nisi illud vere tunc Ecclesiæ utili-  
 tati, aut necessitati sit.

IX. Ejusmodi causas dijudicare præ-  
 betur vicinior Episcopus.

X. Statuitur, ut Ecclesiasticus, cui  
 aliquid in singulos annos eo quovis no-  
 mine solvitur, cum primum id exiget,  
 notarium adhibeat, a quo instrumentum  
 fide testatum fiat, quidquid ab eo, qui  
 solvere debet, ille acceperit, & cujus  
 fundi, vel vineæ, vel prati, vel ædium  
 aliarumve rerum Ecclesiasticarum no-  
 mine exegerit.

XI. Decernitur, qua ratione Eccle-  
 sticorum prædiorum locatio ad cer-  
 tum tempus eo pacto fiant, ut illa me-  
 liora reddere liceat.

XII.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

XII. Præscribuntur dotes illorum, qui Episcopis ab epistolis sunt, necnon aliorum, quibus Ecclesiasticorum bonorum cura committitur.

XIII. Agitur de charitativis subsidiis ab Episcopo exigendis, necnon de modo ea præstandi.

XIV. Sancitur, ut tunc, cum Episcopus obierit, archivi una Episcopalis clavis notarii publici fide, capituli vicario, altera autem uni de Capitulo, ad quem vel officii ratione, vel consuetudine pertinet, si autem nemo talis est, alii antiquiori residenti tradatur, atque ab eisdem una, & item altera aservetur, quoad alius Episcopus creabitur, cui illas restituant, & rationem descriptis in inventario notatis, eorumque custodiæ commissis, eidem reddant.

XV. Decernitur contra ausus illorum, qui Clerici defuncti bona usurpant, ac successoribus eorum damnum inferunt.

XVI. Præcipitur, ut tunc, si hæres, ultimarumve voluntatum executor, relicta piarum caussarum nomine legata, anni spatio ad summum, aut tempore per ipsum testatorem præscripto, pænis ipso jure constitutis, omnino cogatur piam testatoris voluntatem explere.

XVII.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

XVII. Præscribitur, quid agere te-  
neantur Notarii recipientes testamen-  
ta, vel Codicillos de rebus, quæ ad  
pias causas legata sunt.

XVIII. Demandatur Episcopo, ut  
prohibeat, ne bona, census, proventus,  
aliaque ejus generis, quæ ad Eccle-  
siarum fabricas quavis ratione perte-  
nent, ab earum Præfectis, aut Mini-  
stris ad alios usus avertantur, quam  
institutum est, aut certe debent.

XIX. Hoc sanciebatur decretum:  
is, qui bona Ecclesiæ, hospitalium, alio-  
rumve piorum locorum, sive solus, sive  
una cum aliis administrat: si vel ipse  
vel per interpositam personam ea eme-  
rit, aut emphyteusis, locationisve nomine  
conduxerit, ab eo administrationis mu-  
nere statim amoveatur, nec dignus in po-  
sterum censeatur, cui talium rerum pro-  
curatio, administratiove demandetur.

XX. Episcopo imponitur cura,  
quatenus sedulo prohibeat, ut tunc  
dum fabricæ, hospitalia, sodalitates, aut  
alia cujusvis generis pia loca instituta  
non sunt ad pecuniam mutuo dandam  
eorum administratores ne ulla causa  
specie cuiquam homini, nec etiam uni-  
versitati loci, aut viciniis dent mutuo.

XXI. Inhibetur, ne quisquam pecu-  
niam apud Montes pietatis deponat, vel  
eisdem mutuo det, ut inde aliquid, ne



minimum quidem lucri, aut ejus, quod Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.  
interest, nomine percipiat.

XXII. Decernitur, ut sodalitates quascunque, seu confratrias, quæ disciplinatorum nomine vocantur, Episcopus, prout Tridentino Concilio jussus est, visitet, librosque vel constitutionum, vel meditationum, orationumve, si qui in eisdem exstant, studiose recognoscat, ne quid falsum, commentitiumve, aut apocryphum in illis sit: si quæ vero invenerit, quæ emendationem desiderent, illa vel omnino tollere, vel emendare curet: efficiat præterea, ut confratres etiam nominatim non vocati, ad statas, & solennes processiones accedant, easque recte, atque ordine obeant, atque non mercede conducti, sed pietatis gratia flagella sibi adhibeant.

§. CV.

*Quædam decreta circa Moniales.*

Postmodum tria reperiuntur capitula *Labh. Coll. Concil. p. 363.*  
circa Moniales, seu Religiosas Virgines, ac præprimis innovatur decretum Tridentini Concilii circa Monialium numerum in quolibet Conventu: dein in memoriam revocatur id, quod Pius V. sanxit circa clausuram etiam illarum, quæ *Conversæ* dicuntur: ubi Episcopis injungitur, ut utrumque de-  
*Hist. Eccles. Tom. XLVIII. Ff cre-*



Sæcul. XVI. A.C. 1569. cretum exequi curent. In altero capite decernitur, ut Episcopus poena anathematis dantibus, & recipientibus proposita, interdicat, ne moniales a puellæ, quæ regularem habitum in eorum monasterio susceptura est, parentibus, vel consanguineis, vel curatoribus, nec ab aliis, quibus ipsi ob id sponcione caverent, pecuniam mutuo, aut depositi, aliove quovis nomine sumant, antequam illa professionem regularem confecerit. Episcopus præterea tum impensas æstimet, quæ & in Religionis ingressu, & tempore professionis fieri solent pro vestitu, aut pro aliis rebus, ad ipsius puellæ, vel monasterii usum, commoditatemve pertinentibus: insuper pecuniæ summam præscribat, quam puella alimentorum nomine monasterio det, nisi census, aut alia bona immobilia, quorum annui fructus, ejusdem judicio, ad ea alimenta satis sint, Monasterio attribuantur.

In tertio statuitur, ut facultas superiori Concilio permessa, quatenus organædus sonandi artem, Episcopi concessu, Moniales docere possit, abrogata sit, atque ita, ut nemini, nec viri, nec feminæ, etiam cujusvis Superioris facultate, ad monasteriorum quodvis accedere fas sit ejus rei causa: sed quæ Monialis vel organo sonandi, vel musici-



Sæcul XVI.  
A.C. 1569.

musicæ artis perita est, alias Moniales instituere poterit.

Hæc eadem Synodus tandem ab-  
soluebatur, additis quatuor decretis,  
quæ veluti ceterorum omnium supple-  
mentum erant; nam præcipiebatur Epi-  
scopis Suffraganeis, ut priora decreta in  
suis diæcesibus observari curent, ne ve-  
ro ignorantia obtendi posset, præcepit  
Synodus, ut ea in Ecclesiæ Metropo-  
litaneæ valvis affigerentur, in ceteris  
vero Ecclesiis, & Parochiis publice  
prælegerentur: porro Archiepiscopus  
omnia in his decreta contenta, si fors  
difficultas circa eadem oriretur, expli-  
candi facultatem sibi reservavit, salva  
tamen semper Sedis Apostolicæ aucto-  
ritate.

Hæc Synodus ad tres hebdomadas  
protrahebatur, illius vero acta Fran-  
ciscus Bonhomo Cremonensis, Nonan-  
tulanus Abbas, ac postea Vercellensis  
Episcopus, necnon in Germania, &  
apud Helvetios Nuntius Romam de-  
tulit, eaque nomine omnium Episco-  
porum Mediolani congregatorum, sum-  
mo Pontifici obtulit unacum Epistola  
Synodica, in qua hi præfata decreta  
auctoritati, ac iudicio summi Pontificis  
subjiciebant, ut is ea, si ita visum fue-  
rit, pro suo arbitrio corrigat.



Sæcul. XVI.

A.C. 1569.

Per idem tempus cuncta ferme Concilia, quæ sanctus Carolus celebravit, durabant, eædemque semper in iis servabantur solemnitates: postquam vero unum ex his Conciliis a Papa fuit approbatum, mox idem Præsul illius acta imprimi curabat, illorumque exemplaria ad omnes suos suffraganeos transmisit, ut ea in suis Diæcesibus promulgarent, nec minus id ipsum etiam per se fecit, vel per alios suo nomine Mediolani fieri studuit, eodemque modo intra novendecim sui regiminis annos sex celebravit Synodos, quæ postea in duobus majoris formæ voluminibus typis impressis fuere sub titulo: *Acta Ecclesie Mediolanensis.*

Præterea sanctus hic Præsul sub Pontificatu Pii IV. Avunculi sui præcipue familiari utebatur consuetudine cum Religiosis Theatinis, qui tam arctam profitebantur paupertatem, ut non modo nec in communi, nec in particulari proprium quid possiderent, sed nequidem eleemosynam peterent, necessariam opem a Dei providentia præstolantes: hos igitur sæpius Romæ in eorum Collegio ad S. Sylvestrum in Monte Quirinali visum ibat, ubi animum recreabat crebris colloquiis cum Guilielmo Sirleto, quem ob virtutis prærogativam plurimi habebat, eidemque



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

que purpuram Romanam procurabat: cum autem Operarios quæreret, qui ipsum in ferendo Pastoralis officii onere sustentarent, ex hisce Religiosis quatuordecim Patres Mediolanum accersebat, eisque primo Ecclesiam, domumque sanctæ Mariæ ad portam Romanam concessit: postea vero sancti Antonii ædes unacum Abbatia annexa donavit: porro antequam advenirent Theatini, sanctus hic Archiepiscopus ad eandem urbem advocabat Patres Jesuitas, quibus Ecclesiam sancti Fidelis attribuit, cum autem illa ad recipiendum tam frequentem populum illuc confluentem, prout ferme semper in novis foundationibus contingere solet, nimis angusta esset, sanctus Carolus aliam Ecclesiam juxta delineationem Peregrini celebri Architecti construi fecit, primumque fabricæ lapidem ipse die quinta Julii anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo nono posuit: ubi postmodum Carolus suam Abbatiam dimisit, & eandem, impetrata Pontificis venia, horum Patrum Collegio uniebat.

§. CVI.

*Sanctus Carolus Scalenses Canonicos visitans, eosque ad pristinam disciplinam revocans.*

Ff 3 Medio-



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

**M**ediolani erat Ecclesia Collegiata vulgo dicta de sancta Maria de scala, quam quædam ejusdem Nominis Matrona Barnabæ Vicecomitis Mediolanensis Proceris uxor fundaverat: jus vero Patronatus pro hisce Canonicibus spectabat ad Hispaniæ Regem, tanquam Mediolanensem Ducem, qui etiam Clericos Archiepiscopo nominandi jus habebat, unde hic ad illius nominationem Beneficia conferebat: porro Franciscus Sfortia hujus nominis secundus a summo Pontifice in horum Canonicorum favorem plura obtinuit privilegia, ex quibus erat præcipuum, cujus illi ab Ordinarii jurisdictione erant exempti.

Giussano  
l. 1. c. 20.

Verum cum Clemens VII. Anno Christi millesimo quingentesimo trigésimo primo in suo diplomate hanc gratiam sequenti hac conditione limitasset: *Si noster Venerabilis Frater Mediolanensis Archiepiscopus disertis verbis consentiat*, eorum autem nullus unquam consensum suum hucusque dedisset, hinc præfatum privilegium suo caruit effectus: porro cum Canonici vitæ licentia essent dissoluti, eos sanctus Cardinalis ad priusnam vitæ sanctimoniam reducere aggrediebatur: eapropter eis significari iussit diem, qua apud illos Episcopalem visitationem incipere vel-



let: ast hi existimatam exemptionem obtendentes Pastorali huic juri obfistebant. Hac eorum repulsa motus Cardinalis nonnihil hæerebat: ne ergo quid temere aggredetur, cum Doctoribus una congregatis de jure suo consultabat, cunctis autem censentibus, ejusmodi jus extra omne dubium esse positum, ipse cum majori adhuc securitate rem perfecturus datis literis Papam desuper certiozem reddidit. Hic ea de re specialiter Romæ Congregationem haberi voluit, ubi rationibus ultro, citroque mature discussis, Papa per Ormanettum Borromæo significari jussit, quod ipsius jus nulli controversiæ obnoxium esset, proin apud Canonicos Scalenses suam visitationem inchoare valeret. Accepto hoc responso, Carolus illis adhuc duorum Mensium inducias concedebat, ut haberent tempus ponderandi, nullum sibi exemptionis privilegium suffragari, ac proin populi offensionem devitandi, ac sese submittendi propositum concipere possent.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

§. CVII.

*Horum Canonorum insolentia contra sanctum Carolum Borromæum.*

Hæc mora optato frustrabatur successu, quippe Canonici veteris disciplinæ

*Giusfanol. c.  
Ciacon. t. 3.  
pag. 893.*

Ff 4

re-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

restauracionem veriti sanctum Præ-  
lem ab Ecclesiæ suæ accessu arcere de-  
cernebant, imo etiam ad ausus prorsus  
indignos prolabebantur: porro indigni  
huius facinoris occasio erat hæc: cum  
Archiepiscopi Officialis in quemdam hu-  
jus Capituli Sacerdotem inquireret, Ca-  
nonici pro more in Italia recepto, in  
privilegiorum suorum Conservatorem  
elgebant quemdam nomine Petrum  
Barbestam omni ferme prudentia de-  
stitutum, atque in jurisdictionis Eccle-  
siasticæ rebus omnino ignarum, qui ta-  
men anathematis sententiam in Officia-  
lem, atque in Forenses Episcopi Pro-  
curatorem pronuntiare præsumperat,  
eoquod Privilegium a Sede Apostolica  
Scalensi Capitulo concessum violasset:  
cum autem id Capitulum jurisdictioni  
Regis, utpote Beneficiorum Patroni,  
quodammodo esset obnoxium, ipsius  
auctoritate se tutos fore credebant Ca-  
nonici, sperabantque, se defensum  
a Governatore, qui etiam pro conser-  
vanda jurisdictione regia edictum pro-  
mulgari iussit.

Cardinalis Borromæus cum ex hac  
ipsa agendi ratione visitationis suæ ne-  
cessitatem magis adhuc luculenter pro-  
spiceret, die trigesima Augusti Mone-  
tam ad præfatos Canonicos ablegabat,  
ut eis futuræ visitationis diem indice-  
ret.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

ret. Hi quantocius Divinum interrumpentes Officium Ecclesiæ januas occludi jufferunt, ut suis adhuc vestibibus, quas in choro gestare solebant, induti in Cœmeterium sese recipere possent, ubi ex illis etiam quidam natione Calaber, qui se Regis Eleemosynarium dicebat, Monetæ respondit, quod Scalense Capitulum ab Archiepiscopi jurisdictione esset exemptum, proin eundem monet, ut prius, quæ ageret, mature ponderaret, ne sibimetipsi fatale faceretur negotium. Verum ad hæc Moneta nihil respondens ad ceteros magis moderatos conversus, quid ipsi hac in re sentirent, indagare voluit.

§. CVIII.

*Sanctus Carolus à Canonicis indigne habitus, atque excommunicatus.*

Attamen Calaber, qui adversus sanctum Archipræsulem seditiosam, cujus conditionis ipse erat, factionem conflaverat, ceteris Canonicis silentium imposuit, ac pium illum Sacerdotem injuriis insectatus est, mox autem reliqui violenter, nec habita dignitatis, aut auctoritatis illius, a quo missus erat, ratione eundem ejecerunt. Hæc dum interim gerebantur, sanctus Carolus Borromæus mulo vectus, ac Pontificio habitu ornatus advenerat, cui

Giussano l.c.

Ff 5

etiam



Sæcul. XVI  
A.C. 1569.

etiam Canonici cum magna armatorum  
multitudine obviam effusi, multi fre-  
num arripiunt, sanctumque Virum a-  
sperius tractant: nihilominus hic man-  
fuetudine plenus mulo suo descendit,  
ac crucem e manu illius, qui eam ge-  
stabat, accipiens insultantibus sese ob-  
jecit: ast illi adeo non a sua rabie desi-  
stebant, ut etiam ad arma convolantes  
exclamarent: *Hispania, Hispania*, ubi  
postea in eum irruentes fores clauder-  
bant, imo hac in occasione periculum  
subibat, ne sclopetorum, quæ in cruce-  
m a se gestatam explodebantur, inter-  
ibus trucidaretur: nec tamen horum in-  
solentia ejus clementia frangebatur, il-  
lius ergo Vicarius Generalis mox ante  
thematicis sententiam affigi jussit contra  
Canonicos, qui confestim illam inde ave-  
lentes Vicarium injuriis laceffitum vio-  
lenter abegerunt. Nec his satiata erat  
eorum impietas, quippe Barbesta factum  
hunc Cardinalem censuris esse im-  
plicitum, ac suo Ministerio privatum  
declarabat, eoquod Apostolicum vio-  
lasset privilegium: denique hanc sen-  
tentiam adeo scandalosam in omnibus  
Urbis foris, ac compitis affigi præce-  
pit. His ausibus hucusque non audie-  
tis omnes Ecclesiæ honori, ac honesta-  
tis studio addicti summopere offende-  
bantur.



§. CIX.

Sæcul. XVI.

A. C. 1569.

*Caroli mansuetudo ad hanc indignam  
agendi rationem.*

Postquam sanctus hic Cardinalis adeo *Giussano l. 2.*  
indigne habebatur, ad Ecclesiam *cap. II.*

suam sese recepit, ubi diu in oratione  
coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacra-  
mento perseverans a Deo Sapientiæ  
auxilium implorabat, quatenus in tanti  
momenti negotio ita se gerere posset,  
ut læsam Cardinalis, atque Archiepi-  
scopi dignitatem, sui que muneris au-  
ctoritatem tam petulanter vilipensam  
ea ratione vindicaret, ut tamen privati  
odii impetus non prævaleret: eadem  
igitur die sententiam a suo Vicario Ge-  
nerali pronuntiatam confirmabat, altera  
autem die Scalenses Canonicos ana-  
thema incurrisse declarans, sigillatim  
Calabrem, utpote seditiosorum caput  
nominabat, eorumque Ecclesiam juxta  
Bonifacii VIII. Bullam interdicto sub-  
jiciens, Governatorem, ac Magistrat-  
us de tota rei gestæ serie certiores red-  
didit, eis que significavit, quod tunc, si  
& ipsi hujus criminis quovis pacto rei  
essent, Ecclesiasticas censuras incurris-  
sent: insuper Borromæus ex suis do-  
mesticis quemdam ad summum Pontifi-  
cem ablegabat, qui eundem de negotii  
successu edoceret, ejusque patrocinium  
implo-



**Sæcul. XVI.** imploraret. Pius V. non sine magna  
**A.C. 1569.** indignatione, animique dolore horum  
 aufus intelligens, confestim Purpuratos  
 convocabat, quid hac in re agendum,  
 consultaturus, ubi discussis omnibus  
 quæ Carolus hac in occasione egisset,  
 ejus agendi ratio legum præscriptis con-  
 fona, Canonicorum vero petulantia ne-  
 latenus toleranda censebatur: eapropter  
 summus Pontifex cuncta a Barbesta at-  
 tentata tanquam irrita declarans, eun-  
 dem unacum quibusdam Canonicis Ro-  
 mæ comparere iussit, cum autem in  
 morem gerere detrectarent, eos ana-  
 themate perculit: equidem Calaber  
 suam causam defendendi studio sefe-  
 itineri accingebat: ast repentina morte  
 sublatus est, ejusque obitus tanquam  
 manifesta Divinæ justitiæ castigatio, qua  
 Deus Servi sui vilipensionem ulcisci vo-  
 luit, habebatur.

## §. CX.

*Suorum hostium literæ ad Hispaniæ  
 Regem contra eundem sanctum  
 Archiepiscopum scriptæ.*

*Giuffano l. e.* Interim Regis Hispaniæ Ministri, qui  
*Ripelmont.* Carolo Borromæo infensi erant, da-  
*in vit. i* tis literis Regiæ suæ Majestati exponen-  
*S. Carol.* bant, quod Cardinalis Borromæus sit  
 Vir occulta ambitione inflatus, ac fini-  
 fra



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

fra contra suam Majestatem Catholicam consilia sub pietatis, ac reformandæ Diæcesis suæ obtentu clam foveat, ad-  
eo, ut timendum sit, ne forte, nisi mature prospiciatur, ejusmodi flammæ in incendium ægre postea extinguendum erumpant. Horum criminationes edoctus Sanctus Cardinalis easdem eo iniquius ferebat, quo sui Principis gloriam majori studio, atque affectu procurare erat intentus, cum plurima beneficia a regia hac familia ubertim percepta illi in acceptis referebat, quamobrem ad Castaneam Rossanensem Archiepiscopum, ac postea sub Urbani VII. nomine summum Pontificem, qui tum in Hispaniæ Aula Nuntium Apostolicum agebat, ac Carolo arcta amicitia junctus erat, literas dedit, totamque visitationis suæ apud Scalenses Canonicos inchoatæ successum eidem perscripsit, rogans, ut a Regis animo suspiciones, sinistrasque opiniones, quas forte contra fidelitatis suæ integritatem concepisset, dextre eliminare toto studio niteretur, eumque persuasum redderet, quod ejus agendi ratio illis, qui rem juxta veritatis merita mature ponderare vellent, nullatenus suspecta esse posset. Nulli labori parcebat Nuntius, ac benigne a Philippo II. ad alloquium admittus, hunc Principem eo inclinabat,  
ut



Sæcul. XVI. ut cuncta adversus hunc sanctum per  
A. C. 1569. scripta tanquam meras calumnias dete-  
 staretur, ejusque causam propugnari  
 præciperet.

## §. CXI.

*Gubernator Mediolanensis adversus  
 sanctum Carolum.*

*Giuss. c. 22.* Cum Scalenses Canonici causam suam  
 multum inclinari cernerent, Me-  
 diolanensem Gubernatorem, ut illos  
 defenderet, sollicitabant, eo potissimum  
 nomine, quod eorum Ecclesia Regis  
 patrocinio esset commissa: hac ratione  
 suffulti Gubernatorem eo inducebant,  
 ut in illorum favorem ad summum Pon-  
 tificem literas daret, in quibus hunc  
 sanctum tanquam hominem Phantasi-  
 cum, ac suæ phantasie ancillantem de-  
 pingebat, illumque accusabat, quod in  
 consultum Zeli sui impetum secutus per  
 varias novitates a se introductas Me-  
 diolanensem Ducatum tot tumultibus in-  
 volveret, ut omnino, nisi cum majori  
 prudentia, ac moderatione deinceps  
 acturus esset, illum ditione expellere  
 cogeretur, eapropter a se Sanctitatem  
 suam orari scribebat, ut immoderatum  
 ipsius fervorem reprimeret, eumque mo-  
 neret, quatenus majori circumspic-  
 tione uteretur: insuper a summo Pontifi-  
 ce petebat, ut Canonice Scalensium  
 causam



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

causam iudicibus non Romanis, sed  
intra Mediolanensem Ducatum nomi-  
nandis committeret, quam in rem, ut  
petitionem suam honestaret, Leonis X.  
Papæ Bullam allegabat. Verum brevi  
Pontifex animadverterat, quod hæc e-  
pistola ex sinistris opinionibus in hunc  
sanctum Cardinalem conceptis esset  
exarrata, atque ejusmodi tempestas a  
tenebrarum Spiritu in Sanctum Archi-  
præsulem eo fine foret suscitata, ut  
iuxta Diæcesis reformatio adeo prospere  
inchoata interrumperetur: eapropter  
Papa hunc Virum totis viribus prote-  
gere decrevit, ut vero se hujus sancti  
Archipræsulis causam defensurum, Gu-  
bernatori ostenderet, eidem tanta ver-  
borum lenitate respondit, ut ad sanio-  
ra, errorisque cognitionem ejus ani-  
mum se inclinaturum sperare posset: in-  
super illum persuasum reddere niteba-  
tur, quod solida existeret hujus Cardi-  
nalis pietas, rectaque voluntate ad hanc  
agendi rationem adeo commendandam  
impulsus fuisset, totumque Pastoralis  
officii onus jam olim unacum defuncto  
Pontifice Pio IV. Avunculo suo susti-  
nuisset.

§. CXII.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

§. CXII.

*Duo Pontificis diplomata ad Gubernatorem in sancti Borromæi favorem.*

*Giussano l. c.* Summus Pontifex ad Mediolanensem Gubernatorem duo transmisit diplomata, quorum primo, quod die decima Septembris anno Pontificatus sui quarto, ac Salutis nostræ quingentesimo sexagesimo nono supra millesimum scriptum, hæc Gubernatori exposuit: „Non sine magno animi dolore ea, quæ „inter Cardinalem Borromæum, & Cardinales Scalenses gesta fuere, percipimus; summopere enim displicet nobis, „Cardinalis hujus dignitatem cernere a deo indigne vilipensam, & quæ „dem ab ipsis etiam Ecclesiasticis, qui „tamen illam, si ab aliis invasam viderent, venerari, ac tueri tenerentur: hinc ejusmodi facinus eo potius „nomine detestamur, quia audacia, & „petulantia sceleratorum, qui in Christi „diffidiis tripudiant, inde magis ferocior evadit, adeo, ut eorum temeritate „indies aucta ad similes ausus longe „audaciores reddantur, præcipue cum „se Principum favore, atque auctoritate „suffultos cernunt. Hæc propono, „quia Vir in Ecclesia tantopere conspicuus, „cuius tam indigne haberi non poterat, „quæ



„quin illius injuria in ipsam Sedem Apo-  
 „stolicam redundet, si enim Canonicis  
 „se Cardinali opponendi quoddam jus  
 „suffragaretur, illud non armata manu,  
 „ac cum violentia, sed potius per ju-  
 „stitiæ media, & juxta legum præscri-  
 „pta prosequi debuissent, potissimum  
 „eo titulo, quod Cardinalis eorum Ec-  
 „clesiam visitandi possessione gaudeat:  
 „quia vero sollicitante Christiani nomi-  
 „nis hoste, qui non nisi dissidiorum Zi-  
 „zania inter Ecclesiasticos spargere in-  
 „tentus est, hi Canonici eo temerita-  
 „tis prolapsi sunt, ut Cardinalis digni-  
 „tatem, ac moderationem læderent,  
 „hinc pro Pastoralis officii nobis a Deo  
 „Omnipotente commissi munere mali-  
 „tiam hominum reprimere cupimus, at-  
 „que ejusmodi ausus impunitos permit-  
 „tere haud possumus, quin nosmetipsos  
 „coram Deo reos redderemus: eapro-  
 „pter Canonicos hosce pro merita de-  
 „lictæ sui pœna plectendos decernimus,  
 „hancque in rem, ut & tu, si opus erit,  
 „tuam opem præstare haud detrectaturus  
 „sis, confidimus, nec ullo pacto nobis  
 „persuadere possumus, quod tantum  
 „crimen impune dimitti contendas:  
 „quantum attinet ad dissidia inter te,  
 „& Cardinalem, paulopost eo decerne-  
 „mus nostrum Nuntium, qui pluribus  
 „te de nostra voluntate, ac proposito  
 „Hist. Eccles. Tom. XLVIII. Gg cer-

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1569.



Sæcul. XVI.

A.C. 1569.

„certiorem reddet: porro quod hunc  
 „Cardinalem tanquam virum nimis ve-  
 „hementem, atque in suis consiliis præ-  
 „cipitem depingas, tibi fidem adstruere  
 „non possumus, recolentes illius agen-  
 „di rationem, qua sub Pio IV. Avun-  
 „culo suo ab illa animi asperitate, in-  
 „firmitisque consiliis, quæ ipsi affingit,  
 „tantopere sese alienum exhibuit: si  
 „vero reipsa talis esset, qualem nunc  
 „exhibes, vix fieri potuisset, quod que-  
 „dam ejusmodi indolis specimina nos  
 „edidisset intra tot annorum spatium,  
 „quibus Ecclesiæ regimini præfuit,  
 „haud ergo tolerandum videtur, quod  
 „Pastor adeo sanctus, tantisque virtuti-  
 „bus illustris, qui a Deo Mediolanensi  
 „Ecclesiæ assignatus tantum communi  
 „gregis sui salutem procurare, ovium  
 „que suarum vitia corrigere, pravas  
 „que cupiditates refrænare intentus  
 „est, de vitiis, a quibus tamen longe  
 „alienus est, infimuletur, & quidem  
 „ab iis, qui potius ipsius merita depræ-  
 „dicare, illumque diligere tenerentur,  
 „verum Divina veritas per os Divi Pauli  
 „Apostoli nos edocet, quod ii, qui pie  
 „volunt vivere in Christo Jesu, perse-  
 „cutionem patientur, ac gloriosus exitus  
 „tutus præparatus sit illis, qui ejus no-  
 „mine adversa sustinebunt. „

„Hoc



Sæcul XVI.  
A. C. 1569.

Hoc diploma erat Pontificis respon-  
sum ad epistolam a Governatore die  
vigesima Septembris datam, cum au-  
tem idem rursus aliam die vigesima  
octava ejusdem Mensis ad Papam per-  
scripsisset, hinc Pius V. ad eundem die  
octava Octobris aliud transmittit di-  
ploma, in quo hæc significabat: „Haud  
„nos latet, quorum cuncta piissimi Car-  
„dinalis consilia colliment: insuper no-  
„bis sat persuasum est, quod omnes ca-  
„lumnix in eum sparsæ non alium a-  
„gnoscant Authorem, nisi veterem Chri-  
„stiani Nominis hostem, cui proprium  
„est, unita disjungere, ac discordia-  
„rum Zizania seminare, ne boni semi-  
„nis fructus excrescat. Hac etiam ra-  
„tione idem Judæos concitabat adver-  
„sus Christum Dominum, ita quoque  
„exagitabat tot generosos fidei Pugiles:  
„verum cuncta impia illius molimina  
„semper in illius, qui ea suggestit, op-  
„probrium redundabant, hinc quoque  
„(ita prosequatur Pontifex ad Gu-  
„bernatorem conversus) sedulo caveas,  
„ne intemptivum, quo flagrare videris,  
„conservandæ jurisdictionis Regiæ itu-  
„dium arcanae dispensationis divinæ  
„consilio in tuam exitium vertatur. His  
præmissis summus Pontifex ad peti-  
tionem, qua Governator Canonorum  
causam Mediolani dijudicari voluit,  
Gg 2 hunc



Sæcul. XVI. hunc in modum respondit: „Hoc ma-  
A.C. 1569. „nifeste avito sacræ Sedis usui adver-  
 „satur; majores enim, ac graviores  
 „causas ad Pontificis tribunal evocandi  
 „jus minime dubium est.„ Porro cum  
 Gubernator minitatus esset, quod Car-  
 dinalem e ditione Mediolanensi expel-  
 lere vellet, ad hoc Papa hæc addidit:  
 „Caveas velim, ne in hunc sanctum Ar-  
 „chiepiscopum quicquam violenter at-  
 „tentes, secus te censuris Ecclesiasticis  
 „irretitum scias: de cetero autem his  
 „sanctus Præsul sibi gloriæ dacet,  
 „pro Ecclesiæ suæ defensione adver-  
 „sitates tolerare cogetur: verum tam  
 „honorifici supplicii Authores timeant,  
 „ne eorum nomen infamia notetur,  
 „sciantque quod Divinæ justitiæ ultio-  
 „nem effugere haud possint; non enim  
 „permittit divina Nemesis, ut unctus  
 „Domini impune offendere liceat.  
 Postea Pontifex ad calcem suæ epistolæ  
 ita subjunxit: „Hæc non minus pro  
 „affectu, quo te prosequimur, quam  
 „pro Officii nobis a Deo impositi ratio-  
 „ne ad te perscripsimus. „

## §. CXIII.

*Hispaniæ Regis mandatum ad restau-  
 randam Ecclesiæ jurisdictionem.*

Giusf. c. 24. Interea cum ea res Romæ agitaretur,  
 Hispaniæ Rex datis ad Mediolanensem  
 sem



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

fem Gubernatorem literis eidem injunxit, ut edictum ab ipso contra Ecclesie jurisdictionem promulgatum, utpote tot tumultuum fomitem omnino supprimeret, ac legum severitate in seditiosos animadverteret, cum hi ad tantam prolapsi essent insolentiam, ut Cardinali in Capituli Scalensis visitatione constituto vim inferre non erubuerint: insuper Rex Gubernatori injunxit, ut iisdem indicaret, adeo non ipsius mentis esse, quod hæc Collegiata Ecclesia ab Archiepiscopi jurisdictione eximeretur, ut potius Cardinalem obsecraret, quatenus illius curam in se susciperet, illamque lustraret, atque emendatis corruptelis cuncta ad veteris disciplinae restorationem necessaria præscriberet. Ad hæc eidem Gubernatori præcepit Rex, ut in reos sedulo inquireret, eosque ad aliorum terrorem gravi poena plecteret, præcipue vero illos, qui in sanctam Crucem sclopeta exonerare præsumpserunt

Vicissim quoque summus Pontifex præter mandata Nuntio Apostolico data insuper Patrem Vincentium Justinianum Ordinis sancti Dominici Generalem Magistrum, & postea Cardinalem in Hispaniam eo fine ablegabat, ut Philippum inclinaret, quatenus Archiepiscopo satisficeret. Enimvero Vincentius non

Gg 3 sine



Sæc. XVI.  
A.C. 1569.

sine Pontificis jubilo legationem suam integra fide exequebatur; quippe Governator non modo juxta Regis Catholici jussa edictum suum supprimebat, sed etiam cum censuras Ecclesiasticas incurrisset, ut ab iis per suum Confessarium absolveretur, petiit, obtinuitque, ut die festo Nativitatis Dominicæ sanctis Mysteriis interesse posset. Pariter etiam Archiepiscopi Ministris rursus suæ jurisdictionis munia libere exercendi jus solemniter assererebatur.

§. CXIV.

*Præpositus, aliique errore cognito a censuris liberari efflagitantes.*

*Giuffano l. c.* Postmodum Canonicorum Scalensium Præpositus, qui tamen ad vim sancto Cardinali illatam minus, quam ceteri conferebat, reliquis prior suam culpam detestatus a censuris absolvi efflagitabat, quam gratiam ei ipsemet sanctus Carolus publice impendit, postquam idem Præpositus se Archiepiscopali jurisdictioni submissurum pollicitus erat: diutius vero Canonici, quorum caput erat Calaber, hisce censuris impliciti hærebant, eo quod sprete anathematis poena in sua Ecclesia, quamvis interdicto subjecta, pro veteri more semper divina Officia celebrassent, quinimo rem divinam cum majori, quam antea



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

tea solemnitate peragere gestiebant, ut eo liberius, prout conijcere licet, sancti hujus Præfulis auctoritati insultarent: postquam vero Barbestam misere obiisse, ac Papam in eos pœnarum severitate usurum compererant, delicti veniam exorabant: nihilominus Pius V. pœnam, quæ ceteros ab ejusmodi ausibus absterret, decernere statuebat: verum Cardinalis pro iis adeo impense deprecabatur, ut Pontifex totum negotium ei committeret, ejusque arbitrio plene relinqueret: igitur cum sanctus hic Vir nollet mortem Peccatoris, sed ut convertatur, & vivat, ejusque jura deinceps intacta serventur, hinc utroque hoc capite ad optatum finem deducto veniam petitam hilari animo reis concessit, atque anathematis pœnam in eos vibratam relaxavit.

§. CXV.

*Rei ab Archiepiscopo absoluti, ac pœna eis imposita.*

Hujus absolutionis solemnia ante fores Ecclesiæ Cathedralis peragebantur, ubi Canonici a suis censuris soluti, ac templum ingressi flexis genibus Mediolanensem Archiepiscopum tanquam suum Superiorem profitebantur. His factis sanctus Borromæus eorum Ecclesiam ab interdicto liberans,

Gg 4                      ipfus



Sæcul XVI.  
A C 569

ipsum cæmeterium, ubi contra ipsam  
ejusque Ecclesiasticos violenti ausus  
exercebantur, ritu sacro rursus exple-  
bat, seditiosis vero nullam aliam infli-  
gebat pœnitentiam, nisi ut una omnes  
per integros decem annos in die Be-  
tissimæ Virgini feliciter natæ sacra, que  
alias maxima Ecclesiæ Metropolitanæ  
festivitas erat, solemni sacro ad medium  
vergente coram Archiepiscopo rem De-  
vinam peragente prostrati denuo veniam  
preçarentur, ac publica confessione de-  
clararent, quod ipse plena in eos, eo-  
rumque Ecclesiam jurisdictione gaudere-  
ret. Paruerunt huic Præfulis senten-  
tiæ Canonici: unde fatalis huic negotii  
exitus in maximam sancti Archipræ-  
lis gloriam redundabat, atque univer-  
sam Urbem ingenti gaudio replebat,  
eo quod illa haud immerito tam pii, vi-  
gilisque Pastoris defensionem in se sus-  
cepisset. Hac occasione sanctus Caro-  
lus animi sui moderationem, ac spiri-  
tus humilitatem luculento admodum ar-  
gumento testatam reddidit; nunquam  
enim vel verbum ex ore ejus ex-  
dere audiebatur, quod minimæ in-  
dignationis conceptæ in  
eos, qui illius famam tam verbis in  
aliorum consortio, quam libellis passim  
evulgatis, aut etiam literis ad Papam  
& Hispaniæ Regem datis proscindebant.



quinimo Carolus in ea epistola, quam se defendendi necessitas extorserat, nisi rei gestæ seriem exponens, nihil omnino addebat, quod suos accusatores offendere potuisset: insuper quamvis Pius V. illis, qui milites convocabant, vimque Cardinali inferebant, absolutionem denegari, eosque severe castigari voluerit, nihilominus sanctus hic Præsul tam importunis precibus Papam fatigabat, ut is totum negotium ejus arbitrio relinqueret, ipsemet vero hosce reos duntaxat ad mulctam pecuniariam pro Ecclesiarum restauratione erogandam adigebat.

§. CXVI.

*Insidiæ in vitam sancti Caroli ab Humiliatorum Præpositis structæ.*

Paulopost Dæmon alios hostes concitabat in sanctum hunc Archiepiscopum, qui etiam eorum insidiis succubisset, nisi Deus ipsum luculenter protexisset, quippe Humiliatorum Ordinem, ut supra meminimus, ad pristinæ disciplinæ fervorem reducere aggredebatur, atque etiam præcepta ab eo præscripta potissima Religiosorum pars lubenti animo recipiebat, ea tamen hujus instituti Superioribus, qui Præpositi vocati fuere, haud toleranda videbantur, eoquod hac ratione ad

Sæcul. XVI.  
A. C 1569.

*Giuss. c. 23.  
Ripam. l. c.  
Cacq. vit.  
Pontif. t. 3.  
pag. 893.*



Sæcul. XVI vitæ genus Religiosæ disciplinæ con-  
A. C. 1569. gruum revocati de suis beneficiis libere  
 disponere haud amplius valerent; ea-  
 propter apud Principes, ac Proceres  
 vehementer instabant, ut hi Pontificis  
 animum ad benigniora flectere satage-  
 rent; insuper huic novæ Reformationi  
 acriter obstrepebant illi, qui Præposi-  
 tis sanguine juncti sibi inde damnum  
 inferri sentiebant: ideo nil intentatum,  
 inausumque relinquebatur, ut pia Car-  
 dinalis consilia everterentur: verum  
 cuncta eorum molimina in irritum ca-  
 debant, sollicitè enim sanctus Archi-  
 episcopus cunctis præcavebat, quibus  
 summi Pontificis pietas dolose intercipi-  
 potuisset: attamen hæc ipsa Borromæi  
 constantia adeo Præpositos irritabat, ut  
 vindictam sumere, atque Reformationis  
 sui vitæ insidiari decernerent, unde ex  
 hisce Superioribus tres Præpositi Ver-  
 cellensis, Veronensis, & Caravagien-  
 sis perversum hoc consilium juncta ope-  
 ra exequi statuerunt, spe concepta, per  
 hujus sancti Viri obitum vacante Sede  
 Archiepiscopali, reformationis adhuc  
 recentis germina de seipsis suffoca-  
 tum iri.



## §. CXVII.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

*Sandus Carolus a quodam hujus Ordinis Religioso Sclopeti idtu petitus.*

Facinoris adeo detestandi consilium quibusdam privatis suis Religiosis, quos sibi conciliaverant, manifestant, atque hujus sacrilegii executionem cui-dam Religioso humiliato, nomine Hieronymo Donato Farinæ committunt. Hic sceleratus, ac ob vitæ licentiam ad quævis audenda proclivis pacto quadraginta aureorum pretio pollicebatur, quod Mediolanensem Archiepiscopum trucidare vellet: cum autem hæc summa in numerata pecunia præsto haud esset, sacrilega prorsus violentiâ a cujusdam vicinæ Ecclesiæ thesauro eripiebatur, indeque Farina prædonum caput simul etiam vasa sacra, ac pretiosam suppellectilem suffuratus est, & pecunias ex iis haustas sibi proprias reddidit: porro hæc Ecclesia vulgo Brierrana dicebatur. Peracta hac rapina Hieronymus laicorum vestes indutus e suo monasterio exibat, ac quasdam viciniores Mediolanensis Ducatus urbes pervagatus in variis solutioris vitæ illecebris cuncta ex sacrilego furto corrasa abliguriebat, demum vero ad incitas redactus aliud furtum patravit,

ex

*Giuff. l. c.  
Ciacon ibid.  
Bailllet vie  
des Saints  
4. Nov. t. 3.  
pag. 59.*



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569. ex cuius pecuniis sibi duas catapultas, quæ vulgo Rotulæ vocantur, coemit, ut ad exequendum parricidium iis uti posset, facile sibi persuadens, quod tunc cum Cardinalis eo tempore circa jurisdictionem cum Magistratibus controversias haberet, omnes abs dubio credituri essent, necem, quam ipse infere parabat, a quodam ex illis fuisse illatam, quibuscum Cardinalis altercabitur: igitur primo Archiepiscopum in Sancti Barnabæ Ecclesia sacris operantem trucidandi consilium ceperat: cum autem nunquam proposito ejus opportuna alluderet occasio, hoc facinus in ipso Archipræsulis Palatio exequi statuit, haud ignarus, quod Sanctus Carolus semper unacum suis Domesticis in suo Archiepiscopali Sacello vespertinas preces fundere solet: ergo januæ appropinquans, & non nisi quatuor pallibus distans laxata tormenti rota in Sanctum coram Altari genuflexum plures globos emittit. Perpetrabat nefandum hoc facinus feria quarta Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo nono dimidia circiter hora post noctis initium, ubi cum Sanctus semper pro more suo quosdam Sacri Evangelii versus a Musicis decantari iussisset, feralis hic ictus eo tempore audiebatur, quo hæc

Chri-



Christi Domini verba: *Non turbetur cor vestrum*, præcinebantur. Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

§. CXVIII.

*Sancti Caroli a Deo protecti firmitas in hac occasione.*

Musica ob hujus ictus strepitum interrupta una omnes non sine ingenti pavore accurrunt, solus autem Cardinalis nihil commotus cunctos ad sua loca recedere jubebat, atque orationem cum tanta animi tranquillitate, vultusque serenitate absolvebat, perinde ac si nihil funesti in eum fuisset motum: unde Parricida e Sacello evadendi spatium nactus, cum nemo eum inlequeretur, comprehendi haud poterat: Sanctus vero, quamvis nullum dolorem sentiret, se tamen letali vulnere affectum credebat, eodemque momento levatis ad cælum oculis Deo vitam suam in sacrificium offerebat, grates eidem rependens, quod ad defensionem justitiæ sanguinem suum profundendi occasionem acquisivisset: cum autem Deus luculento prodigio famulum suum protegere vellet, plumbeus globus, qui ad dorsi spinam impingebatur, non nisi ejus superpelliceum nigro colore tingens ad pedes Sancti procidebat, unica vero minor pila vestigio pannis impresso usque ad carnem pertingebat, quin tamen intus

*Giuss. l. 6.*



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

tus penetraret, sed duntaxat in extima cute exiguum tumorem nonnihil subobscurum relinqueret, quod non vulnus, sed potius Dei famulum suum in tam manifesto periculo protegentis signum erat.

## §. CXIX.

*Cardinalis a Gubernatore invisus, et que ejus preces ad ipsum.*

Hoc prodigio universa Mediolanensis civitas in admirationem rapietur, ipse vero Albuquerque Dux, qui tum urbis Gubernator erat, suam de tam nefando facinore indignationem testatam reddebat, nullaque mora ad Archiepiscopale Palatium accurrens Carolo suum dolorem manifestabat: in super omnem suam operam pro ipsius securitate offerebat, moxque locum, unde sclopetum fuerat exoneratum, nec non globum, rochetum, & vestes, quas pila trajecerat, lustrare voluit, sanctumque Carolum rogavit, ut suos domesticos interrogari permetteret, quantum de tam atroci scelere major certitudo haberi posset: præterea Archiepæsuli obtulit, quod in ejus Palatio quosdam satellites relinquere vellet, qui aditum observarent, cunctaque ejus vite insidiandi media impiis præscinderent.

Verum Sanctus Archiepiscopus obpiam voluntatem, ac obsequia humili-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

Giuss. c. 23.

mas Gubernatori grates rependit, eum rogans, ut haud ægre ferret, quod auxilium ab eo oblatum recusaret, cum jamjam ex corde suo omnibus, qui eum vita privare moliti essent, veniam dedisset, seque obstrictum agnosceret, erga eosdem omni clementia uti, ut grato agnosceret animo singulare patrocinium, quo Deus ipsum præservasset a morte, quam abs dubio subire coactus fuisset. His addidit, se ei magis adhuc obstrictum fore, si sua opera rem eo deduceret, ut a gravibus, quas a Magistratibus ob juris Ecclesiastici defensionem perpeti cogere, vexationibus desisteretur, cum exinde tot populi offensiones orirentur, atque Ecclesiæ honor indigno prorsus modo vilipenderetur, quam in rem præcipue allegabat Scalensium Canonorum ausus, qui ante hunc eventum accidebant, atque impiis quævis contra Præsulem attentandi ansam præbebant, captata aut præfidii, aut impunitatis spe. Ad hæc Gubernator reposuit: „circa jurisdictionis „controversias, ubi de Ecclesiæ, ac „regis mei juribus agitur, mearum „partium non est prospicere, hoc enim „negotium pertinet ad sanctius consilium, & Senatum, a quibus res prorsus „xime juxta plurimum Suffragiorum numerum decidetur: quod vero Emi- „nen-



Sæcul. XVI.

A C. 1569.

„nentiæ vestræ securitatem attinet, &  
 „mnem meam auctoritatem impende-  
 „re spondeo, ut nihil ultra ei timendum  
 „sit, cum ejus vita mihi longe carior  
 „sit, quam propria mea. „

§. CXX.

*Gubernatoris inquisitio ad detegendos  
 Sicarios.*

*Giuss. l. c.*

ENIMVERO eadem hac nocte Gubernator promulgato edicto, indictaque mortis pœna præcepit, ut omnes, qui hujus attentatæ necis, vel illius Auctorum notitiam habuerint, saltem intra bidui spatium Magistratibus manifestent. Hæc postea declaratio promulgata, bisque reiterata fuit, urbisque portæ per duos integros dies occlusæ tenebantur, ut rei comprehendi possent: insuper Gubernatoris jussu nonnulli, qui in ædibus Archiepiscopali Palatio vicinis habitabant, capiebantur, & nihil intentatum relinquebatur, ut rei manifestari possent. Altera die Gubernator rursus Cardinalem visum ibat, ac cum eo prandium sumens nullum ex suis domesticis apud se retinebat, ut Borromæum de animi sui candore magis persuasum redderet. Postea Senatus, omnesque urbis Magistratus, ac cunctæ Ecclesiasticorum, & regularium communitates ipsum invisebant, & quantum



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

in ipsis esset, ad ulciscendam injuriam ei illatam eidem suam operam offerebant, quibus omnibus ipse cum singulari benignitate, ac gratitudinis testificatione grates rependebat, eisque significabat, quod nullam vindictam deposceret, sed omnibus lubenter ignosceret, totumque hoc negotium Dei iudicio committeret. Tam insolita, tamque Christiana animi magnitudo tantum effecerat, ut hujus sceleris Auctores aliquandiu occultati permanerent.

Sanctus Carolus ut pariter ob speciale patrocinium, quo per bonitatem divinam a tam manifesto periculo defendebatur, debitas Deo rependeret grates, publicam, ac communem decernebat supplicationem, cui omnes Mediolanenses Clerici intererant præter innumeram populi multitudinem, qui una omnes maximis laudibus Divinam Providentiam deprædicabant, eo quod modo tam prodigioso Deus ipsorum Pastorem conservare dignatus esset. Paulopost Sanctus Archipræsul Garignanum ad vicinum Carthusianorum cænobium se recepit, ut orationi vacans attentius ibidem cognoscere posset, quanta obsequia Deus ob singularem vitæ suæ protectionem ab eo deposceret, ubi perinde, ac si hucusque pro ejus gloria nihil laborasset, omnes reliquos vitæ suæ

*Hist. Eccles. Tom. XLVIII. Hh dies*



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

dies ad Dei honorem, atque animarum salutem cum majori adhuc studio, quam hucusque ab eo factum, impendere decrevit, ut Deo redderet, quod jam secunda vice se a paterna ejus misericordia accepisse profitebatur.

§. CXXI.

*Cardinalis Borromæi epistola ad Plurimum  
V. circa hoc periculum.*

*Giuss. c. 23.*  
*Ciacon. p.*  
*894.*

Postea circa hoc facinus, de quo mentionem fecimus, Archipræsul sequentem epistolam ad summum Pontificem dabat his verbis conceptam: Quod mihi ante tres dies accidit, Ormanetus exponet Sanctitati tuæ: id auribus tuis molestum erit, sed Domini Dei nostri misericordiam etiam indicabit, qua usus est in me, haud usitata ratione protegendo: neque id merito meo, qui nihil ejusmodi sum meritus, sed vel loci, officiique mei gratia, ut longius, quod mihi opus est, ad presentiam temporis spatium daret, aut cur aliis de causis, quæ nobis curiose investigandæ non sunt: est igitur hac in re peritius, unde læteris, quam molestiam capias: equidem Deo gratias ago, speroque non sine fructu hoc fore honoris, & Gloriam Divinæ. Sanctos pedes tuos osculor, & omnia bona precor.

§. CXXII.



§. CXXII.

Sæcul. XVI.

A. C. 1569.

*Pontificis responsum ad Sanctum  
Archipræsulem.*

Ad hanc Divi Borromæi epistolam Pius V. hunc in modum rescripsit: „A  
„tempore justi Abel ea fuit Sanctorum  
„hæreditas, ut ab impiis vexentur, ego  
„autem cæcitatem deploro illorum, qui  
„deposito Dei timore in vanum labo-  
„rant, ac sese in malorum abyssum præ-  
„cipites agunt: de cetero grates Deo  
„rependi, quod te a periculo immunem  
„servare dignatus est, rogo autem. ut  
„deinceps majorem vitæ tuæ curam  
„habeas. „ Postea summus Pontifex  
convocato Purpuratorum Senatu Car-  
dinalibus vitæ discrimen, quod Sanctus  
Carolus eluctatus esset, exposuit: cum  
autem ejus virtus omnium veneratio-  
nem sibi conciliaisset, hinc omnium in-  
dignatio efferbuit adversus tam sacrile-  
gi criminis reos, ac quilibet fervide  
Deo grates egit, quod tam sanctum  
Pastorem Ecclesiæ suæ illæsum conser-  
vare voluerit. Rei fama ubi mox per  
Romanam urbem percrebuit, populus  
hunc Sanctum plurimi habens ingenti  
dolore ob periculum, cui expositus erat,  
ob prodigiosum vero modum, quo ab  
eo præservatus fuit, immenso gaudio  
perfundebatur: porro cum passim ha-

*Giusf. l. c.*

Hh 2

jus



**Sæcul. XVI**  
**A.C. 1569.**

jus sceleris notitia per universam Ita-  
liam spargeretur, omnes Principes ad  
sanctum Archipræfulem literas dabant  
malignus tamen spiritus, qui sua molli-  
mina, quibus hostem adeo tibi formido-  
losum e vivis deturbare voluit, in irri-  
tum cecidisse dolebat, in vulgus spre-  
gere non cessabat, quod hic Sanctus ad  
aucupandam Sanctitatis famam studiose  
sclopetum in se exonerari jussisset, quod  
tamen calumnia adeo insulsa brevi eve-  
nit. Ceterum Proceres, ac Principes  
eum rogabant, ut satellitio ad sui cor-  
poris custodiam uteretur: ast ille nun-  
quam eorum precibus cedere voluit, in-  
quiens, quod preces, quæ pro eo in ur-  
be fierent, validiores essent, quam in-  
tegræ militum legiones, quibus cingere-  
tur. Summus Pontifex, qui Sicariis  
plecti voluit, Mediolanum quemdam  
Deputatum Apostolicum ablegabat, ut  
in reos inquireret: attamen hi non nisi  
anno sequenti promeritas dabant pœ-  
nas, ac integer Humiliatorum Ordo  
penitus fuit extirpatus, abolitusque,  
prout suo loco narrabimus.

§. CXXIII.

*Renati Benedicti causa rursus a Sor-  
bonna agitata.*

*Argentre  
Collect. jud.  
tom. 2. p. 404.*

Interea Parisiensis Facultas Theologica  
Renati Benedicti Andegavensis Pa-  
rochi



rochi ad S. Eustachium caussam pro-  
 fequebatur, ubi actum est de sacri Co-  
 dicis versione, quam idem ipse, ut an-  
 tea memoravimus, Anno Christi mille-  
 simo quingentesimo sexagesimo sexto  
 publici juris fecerat: igitur Deputati  
 ad hoc negotium nominati hoc Anno  
 per integrum Mensem Augustum erant  
 congregati, atque in pleno Doctorum  
 confessu die tertia Septembris suam  
 mentem desuper exponebant, unde Fa-  
 cultas concludebat, hæc Biblia unacum  
 suis Notis, ac commentariis esse sup-  
 primenda. Hanc sententiam ipsemet  
 Rhenatus unacum septuaginta tribus Do-  
 ctoribus signabat, ac submissionis testi-  
 monium his verbis reddebat: *Ego Ma-  
 gister Rhenatus Benedictus Doctor Theologus  
 Parisiensis, me submitto Facultati Matri  
 meæ simpliciter, & absolute, probando  
 censuras propositionum excerptarum ex Bi-  
 bliis, & scholiis meo nomine evulgatis in  
 linguam vulgarem: propterea consentio cum  
 eadem Facultate Matre mea, ut hæc Biblia  
 supprimantur. Actum die tertia Septem-  
 bris anno millesimo quingentesimo sexagesimo  
 nono.*

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1569.

§. CXXIV.

*Libellus supplex Regi porrectus ad  
 præpediendam Bibliorum vendi-  
 tionem.*

Hh 3

Ea-



Sæcul. XVI  
A. C. 1569.

*Argentre*  
p. 406.

Eadem die libellus supplex conficie-  
batur, quo Regi supplicatum, ut  
hujus Doctoris Biblia unacum adnota-  
tionibus divendi prohiberet: quem in  
finem Facultas rem his verbis exponit:  
„mature examinavimus Biblia a Fran-  
„cisco Renato Gallice reddita, quæ un-  
„cum adnotationibus cum privilegio a  
„Regia sua Majestate obtento fuerunt  
„impressa, addita tamen hac conditio-  
„ne, si nihil ibidem Ecclesiæ Catholi-  
„cæ doctrinis adversum reperiatur, ac  
„que etiam hæc Biblia a Facultatis  
„Theologicæ Doctoribus sint approbata:  
„cum autem nos Præfationes, capitulum  
„summaria, notasque ex Genevensibus  
„Bibliis depromptas, ac pluribus erro-  
„ribus, & propositionibus hæreticis  
„scatentes, necnon plurimos textus ali-  
„ter, quam juxta vulgarem traditio-  
„nem, translatos deprehenderimus, pro-  
„pterea hunc librum esse supprimendum  
„censemus, hinc attentis hisce pla-  
„ceat Regiæ suæ Majestati tanquam fi-  
„dei, atque Ecclesiæ Catholicæ Defen-  
„sori, sub pænis, prout libuerit, omni-  
„bus Bibliopulis, Typographis, aliis-  
„que prohibere, ne præfata Biblia di-  
„vendant, aut distrahant.„



§. CXXV.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

*Benedicti Bibliorum suppressio per Senatus sententiam præcepta.*

Juxta hunc libellum supplicem Rex in *Argentre*  
suo secretiori senatu die decima se- *p. 407-*  
ptima septembris edito decreto præce-  
pit, ut Renati Benedicti Doctoris Bi-  
blia unacum adnotationibus omnino  
supprimantur: porro hujus edicti tenor  
erat sequens: „Attenta censura per Fa-  
cultatem lata, necnon hujus censuræ  
„notitia Sebastiano Nivellio, Gabrieli  
„Bono, & Nicolao Quercio communi-  
„cata, necnon literis per ipsum Bene-  
„dictum, quibus sese pure, ac simpli-  
„citer præfatæ Facultati Matri suæ sub-  
„jicit, signatis, atque edicto per piæ  
„memoriæ Henricum II. Regem Anno  
„Christi millesimo quingentesimo qua-  
„dragesimo septimo die undecima De-  
„cembris promulgato: attentis igitur  
„omnibus hisce Curia præcepit, & præ-  
„cipit, ut Facultatis censura suum inte-  
„grum, plenumque sortiatur effectum,  
„hinc severe inhihet, ac prohibet præ-  
„fatis Bibliopolis, omnibusque aliis,  
„ne dicta Biblia, & notas imprimant,  
„& divendant, indicta carceris, vel pe-  
„cuniariæ mulctæ pæna. Pariter sub  
„iisdem pænis prohibet omnibus Typo-  
„graphis, & Bibliopolis hujus regni, ne

Hh 4

„in-



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569

„in posterum ullum librum, qui de fide, &  
„religione agit, typis edant, nisi prius sit  
„examinatus, & a quatuor Facultatis Do-  
„ctoribus ab eadem ad hoc nominatis ap-  
„probatus, addito etiam eorum testimo-  
„nio, quod in eo nihil Ecclesiæ Catholice  
„doctrinæ adversum reperiatur. Hæc au-  
„tem approbatio ad libri initium appon-  
„tur. „

## §. CXXVI.

*Bibliopolarum oppositio, alterque li-  
bellus supplex a Facultate porrectus.*

*Argente  
p. 408.*

Hoc Senatus edictum vigesima tertia  
Septembris die præfatis Bibliopo-  
lis significabatur, illudque transcriptum  
singulis dabatur: hi vero ita responde-  
bant: „Nobis inconsultis, imo nequi-  
„dem auditis hoc decretum fuit edi-  
„tum: unde ejus executioni obstitimus,  
„in quantum illud nostri status condi-  
„tionem, ac nostrum emolumentum re-  
„spicit: præterea petimus a Bidello, qua-  
„tenus nos coram Senatus secretioris  
„Patribus convocet, ut ibidem nostræ  
„repugnantiaë causas exponere valea-  
„mus. „ Hoc responso Facultas ad al-  
terum libellum supplicem Regi porri-  
gendum adigebatur, quod & die secun-  
da Octobris præstitit, Regem exorans,  
quatenus præcipere vellet, ut præfati  
Nivellus, Bonus, & Quercius Biblio-  
polæ, cum id peterent, a primo Bi-  
dello



Sæcul. XVI.  
A.C. 1569.

dello in Senatus Curiam, vel a quodam Satellite coram sua Majestate prima die ad præfatum Senatum vocentur, ac comparere jubeantur, quatenus ibi suæ oppositionis rationes proferre, atque exponere valeant, ad omnes vero expensas, damna, & præfatorum Oratorum sumptus, necnon ad compensationem, & multam condemnentur, eoquod dicti decreti executionem temerarie impedire, atque adversus illud appellare, ac sese opponere ausi sint. Ad Facultatis libellum Senatus præcepit, ut præfati Bibliopolæ ad sequentem Feriam quartam in jus vocentur, eorumque oppositionis causæ percipiantur. Erat ea dies quinta Mensis Octobris, mandatum vero Senatus secunda illius mensis die eisdem significabatur: interea Renatus Benedictus suam submissionem revocabat, pluribusque tam secretioris Senatus, quam Curiae Magistratibus, imo etiam Petro Gondyotum Parisiensi Episcopo persuasum reddebat, quod ipse suam Bibliorum versionem eo duntaxat sine divulgasset, ut e Parisiensis populi manibus Gallicam versionem Genevensis eriperet, cum hæc eo tempore ob verborum selectum, & idiomatis nitorem plurimi haberetur, hacque ex ratione plurima ex versione Genevensi ad suam nuper editam adjecisset.

Hh 5 §.CXXVII.



Sæcul. XVI.  
A. C. 1569.

§. CXXVII.

*Renatus Benedictus revocata sua p<sup>ro</sup>nodia ad regis Curiam appellans.*

Argentrep.  
405. & 409.

**T**um Renatus Benedictus ad Regis Curiam provocabat, quia ibidem multos amicos numerabat, quos sibi suæ eruditione, & ingenti facundia conciliabat: præcipue vero Episcopi benevolentiam aucupabatur, eoquod in animarum cura excellens Pastor, atque exacte cuncta ministerii sui munia obisse crederetur: eapropter horum patrocinio fretus, audacter Senatus decreto obstitit, quæ illius repugnantia feria quarta die quinta Octobris facta per Martinum Petrum Leberum præfati Benedicti Procuratorem Magistro Jacobo Fabro Doctore, Rectore, & Facultatis Syndico significabatur, ubi præfatus Leberus Fabro in suo cubiculo in Sorbonnæ Collegio collocutus eundem interpellabat, ut libellum a dicto Benedicto Facultati prima Octobris die porrectum eidem traderet, unacum Facultatis responso ad præfatum libellum dato: præterea idem Procurator nomine Benedicti declarabat, quod sibi, prout bene visum fuerit, prospicere possit, ac contra existimati decreti executionem, quam fieri præfatus Syndicus a secretiori Regis Senatu petebat, se oppositurus



turus sit, atque etiamnum se opponat Sæcul. XVI.  
 ejusdem promulgationi, si vero hoc præ- A. C. 1569.  
 tensum dictæ Facultatis decretum ad  
 acta referre attentarent, Benedictum  
 obluaturum indicabat, simul postu-  
 lans, ut conclusiones, ac præfatæ Fa-  
 cultatis deliberationes eidem tradantur,  
 juxta quas ad secretiorem Senatum  
 provocavit, cum præjudicio jurisdic-  
 tionis, quæ adhuc in Curia exercebatur.  
 Ad hæc Syndicus reposuit, quod hoc  
 scriptum Facultati traditurus sit, ut ea  
 congruum desuper responsum daret:  
 porro cum hæc omnia ferventibus bel-  
 lis civilibus, quæ Franciam dire agita-  
 bant, gererentur, aliunde vero Episco-  
 pus, ac Parisiensis Curia palam Renato  
 Benedicto patrocinentur, hinc tam  
 ejus submissio, quam Senatus decretum  
 suo caruere effectu: insuper etiam ipsa  
 Bibliopolarum citatio, qua comparere,  
 atque suæ oppositionis causas allega-  
 re jubebantur, prorsus inutilis evasit,  
 hacque ratione hoc anno in præfata  
 causa haud ulterius proce-  
 debatur.



HISTO-